



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatvs De Conscientia, De Peccatis, De Legibvs, De Fide, Spe,
Et Charitate

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

Dispvtatio II. De lege pœnali & irritante.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](#)

ab illo exigitur pena, & si opus est, ex eius bonis accipitur illo
renunciare, aut signata capiuntur, dum ipse non solvit: si tia-
dit Salzedo alios referens .s.5.-pag.173. Item signata contribu-
tione pro reparazione viarum, pontium, &c. quæque clericis vel
iure, vel ex permissione Pontificis imponuntur, si de facto
negligentes sunt, obligatur solvare latrem per bonorum appre-
hensionem, etiamque beneficiarios fractus sibi: si Ioannes de Platea
in liga, & qui us. misericordia, lib. ro. R. buff. c. i. it. de sententia,
art. 3. glosa &c. Avises in capitib; presortis, m.2.3. in gloria ad ver-
bum, den. ordin. Ludovic. Mexia j. pragmatice, rase pansi, con-
clusio .s.5.-3. Salzedo alios referens .s.5.-pag.172.col.1. Ego iam
clericis puniuntur a iudice seculari.

9 Respondeo nullo modo posse iudicem faci'arem armis
colere ab Ecclesiastico, neque pecuniam pro reparacione
militari, & solitione vngulatum, si ad haec facta est cognito
causa praeeretur: nam tunc certam judice Eccl.^{co.}
& non facultati clericis convenientius est, traditio C. gorius
Lopez in 1.4.11.5. part.7. Castillo l.7. Tavv. num.18. Adules
in capitulo primo 17. glossa. l.m.12. Salzedo in pract. c.55. pag.
172. s.1. Iohannes Andeas. Elinus. Abbas & alij in c. Ecclesiastico
de constitutio[n]ib[us]. Quodquid contra sententia Bartholom. Caffan.
in confutatio[n]ib[us]. Burgundia. grab. 1.8.5. m.50. Mexia in pragmati-
za part. conc. 1.9.9. Ioan. Faber. In adductis ex textis. ut in
novo libro procedat. Catechop. and. & alij.) quia clericis
exemptis est a potestate ciuili, quad tribunalia, & iudicia, ex
cuso fratre competentes, & exercitare, & se exercitare de iudicis, & aliis
rebus. Ego ab aliis speciali permissione Summi Pontificis ubi
d[omi]ni in hac parte non potest. Hanc autem permissionem apud Galo-
num inclusu[m] defendit Petrus Rebuffus in l'armorum virfe, tri-
mu, & de verbis significari. Sed an haec sit revocata constitutio
in bullis ecce, iudicandum relinquo Summo Pontifici,
propter reliquias Navar. 27. m.70. Salzedo supra versus apud Gallos,
pag.168. Vaf. cap.167.6. vols. n.32. Salas disp. 14. sect.9. m.108.
Vt enim si pena exigenda est de plano, abique aliqua contro-
versia iudicata quatenus ioten iudicis exigere ob solam declarati-
onem ministeriorum, qui signati sunt ad has penas, seu con-
stitutio[n]es exigendas, tunc licet videatur posse seculariter iudic-
es ab Ecclesiastico exigere: quod foliis si voluerint, poterit
aliis aliquo pigiis accipere solitione praetendere, quia haec
non tam in peccato violante legis accipiuntur, quam in reparacione
dam datti, seu in contributione debitam: sic docet
A usendo de manus regum 2. part. cap. 14. n.13. Grec. Lopez
l.51. sit. 6. verf. per rapon, part. 1. Azcuedo l.12. m.13. lib. 1.
vnu compilatio[n]e, num.2. quos refert, & sequuntur Salzedo
in pragmati-5. pag.173. Et idem dicendum est de sublatione ar-
morum, non, inquam, tolliuntur arma in peccato transgres-
sione legis, sed potius ne clericis proiequantur in legis
violatione.

Dicēs hoc verūm ēst̄, si clētico postea redderentur; et tol-
luntur, ut fīcō regio applicentur. Ergo in pōcam delicti
commissi, ac proinde iam puniāntur clētici à sacerdotalib⁹ iudi-
cūs.

Respondet hoc argumentum conuincere non posse spoliari a misericordia clericorum a iudice seculari, nisi ei postea reddatur eorum valor, aut a iudice Ecclesiastico in illorum priuatione condemnetur: sic *Barth.* *disp. 14.* *q. 9.* n. 107. & sic expicit Couarr. & Emmanuel Saâ lupr. relativos.

Sed inquires, qui clericis exempti sint à potestate laicis in
positione?

Respondeo omnes illos, qui privilegio fori gaudent: qui autem hi sine latius dicemus in tractatu de immunitate Ecclesie, & Ecclesiasticarum personarum.

ad compatrios possunt ad leges ciuiles, & ad constitutiones Episcopi, in cuius diecesis venturam, si compatrios ad leges ciuiles. Idem dicendum est de illis, ac dictis de clericis, tenet, inquam, seruare illas leges, quæ negue corum habent immunitatem, neque statu religioso opponuntur. Quocirca teneunt non extrahere criticas, vel alias merces à ciuitate, quando ob bonum communum prohibetur talis extractio, retinere etiam seruare formam, & solemnitatem in contractibus, & alla similia. Non tamen obligari possunt ad pecuniam, sicut ea que clienti obligantur.

ii. Quid si religio sit ad constitutiones, & præcepta Episcopali a compunctione ratione excepti casibus à iure expelli, obligatorum a fœtare, si exempli sunt à iurisdictione Episcopatum: qualiter iam omnes fœti religiosi sunt: constat ex eis de praetextis, in 6. & ex Tridentino, eff. 25. cap. 42. de regularibus, vbi soli ei præceptum obediunt in festorum oblatione, & in intercedendo, & confessione à diuinis: ergo ab aliis suis prout: exempli s: & in talia Tridentinus in capitulatu, ex officio ordinarii. Suarez a l. 16. lib. 4. cap. 20. fine. vbi bene adserit, non quod ex debito univocitate teneri has leges fœtare, nisi ad sim scandala, & quia habent sufficiemtiam causam excommunicationis ab his univocitatibus: cum enim obligationibus statu religiosi abdixi auctoritate, ex iuri non debent alia sustinere. Adduci Suarez in aliis confirmationibz exemplum de noutiis, qui non tenentur fœtare leges, & præcepta prof. suis imponere: qui nec tenentur ex iure obediens, cum nullus pateretur.

Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars I.

formitate, quia hæc non ligat nisi illos, qui in eodem statu, & professione sunt. At nouiij non sunt in eodem statu cum professis, sed potius sunt in probatione illius status, illamque intendunt experti. Multo minus videntur teneti Religiosi conformati sæcularibus in eorum obseruantis.

DISPUTATIO II.

De lege pœnali, & irritante.



V^æ superiori disputatione diximus, communia sunt cuilibet legi. Sed quia de lege irritante aliam, & peccata-imponente, sunt speciales discutitores, placuit de illis speciale disputationem instituere.

P V N C T V M I.

An lex pœnalis possit transgressores illius obligare conscientia ad subeundam pœnam ante iudicis sententiam.

1. Pœna alia est privativa alia positiva, alia ipso iure lata, alia ferenda.
 2. Sotus affirmat nullam pœnam præter censuras incurriri posse ante indicis sententiam.
 3. Alij distinguunt inter duas positivas, & privativas, & privatas affirmant incurriri posse ante indicis sententiam, secus pœnitutas.
 4. Ad virram pœnam potest humana potestis obligare ipso fado per legem.
 5. Intellegenda est conclusio de pœna moderata, non de ea, in qua vita fama, aut honor periclitatur.
 6. Satis argum. num. 2. & 3. adductis.

Premittit primò, duplex esse genus pecuniarum. Aliæ sunt
priuatiæ, aliæ possitivæ: fœc alia sunt, quæ nullam re-
quirant actionem, aliæ vero, quæ illam requirant. Priuatiæ
pecunias præsumo, ut in priuatione consistunt: quales sunt omnes
censores, inhabilitates, irritations, & accutulations actuorum. Po-
ssitivæ pecunias vero, quæ actionem aliquam expeditiorum ad sui
executionem, sive actio facienda sit ab ipso delinqüente, sive
ab alio tertio. Hæc sunt flagelatio, exilium, solutio pecuniarum,
mutatio membrorum, priuatio vite, & similia.

Secundum piamentum nostrum aliam dictam latam ipso iure , aliam ferendam . Illa dicitur latam ipso iure , quae ad positionem delicti consequitur : illa dicitur ferenda , quae postro delicto ferenda est a iudice .

² Quæstio ergo procedit de peccatis tam privatius, quam
publicis. Ad possit legislator suis legibus obligare transgressio-
res ad subeundum, illas ipso facto ante sententiam factam de-
claratoriam criminis?

In qua re est prima sententia Soni lib. 1. de iust. q. 6. artic. 6a
conclit. 1. ad 1. C. 4. lib. 4. quist. 6. art. 3., qui avus est affirmare nullam peccata præter cœlum incurri posse ante iudicium sententiam, fuit Victoria vellet. 1. de iudic. num. 14. & Angel. 1. 4. n.
q. de iustitia legi penalis. Probat poest hoc sententia. Quia non videtur data reipublica poetas ad hanc obligationem inducendam, quia tota potestas republicæ est ad politican gubernationem. Ego ad coerēdiam delicta, que politica gubernationi obstant. Sed hec non videntur esse alia, quām quā publica sunt, publicatione facti, vel iurētū. Ego ob alia delicta poena incurri non poest. Et hinc nascitur differentia inter legis latas à potestate Ecclesiastica, & siuissim poetas enim Ecclesiastica bonum spatiuale iubilacionum attendit, id eoque poest secretū delicta penis suis spiritualibus coerēre: at ciuiis potestas, cūm potius attendat politican regimen, non videtur peccata secretū penam afficer possere. Et confirmo. Peccata Ecclesiastica sunt medicinales, quæ starim, ac quis cessat à delicto, tollenda sunt. At penas temporales semper impensis non tolluntur, quantumvis de delicto rēficiatis. Ego ex impositiōne penarum Ecclesiasticarum ad ciuiiles non valet argumentum, præcipue cūm potestas imponendi Ecclesiastica penas mandat à Christo Domino, qui potuit ob præcauenda lecerā pecta hanc potestatem concedere. At potellas ad ciuiles penas ferendas manauit à republica, quæ so luī delicta gubernationi politica aduerſari præcaueare intendit. Secundū, quia exequi potestam est officium iudicis. Ergo sine interventu iudicis pena exequi non poest.

³ Secunda sententia affirmat priuicias penas contrahiri possunt ante iudicis sententiam, secus vero penas priuicias, quæ actionem ad sui executionem requirunt: ita Gaietan. 2. 2.

9.6. art.3. Et in summa, verb. pena, Banes 2.8.9.12. art.2. ad 1. Et ultim. Aragon, q.41. art.3. Et q.6.2. art.3. Valent. 1.2. disp.7. q.5. part.6. q.3. prop. finem. Medina 1.2. quest. 9.6. art.4. Contra. de contract. q.7. & Corduba lib.1. quæst. 3.6. & alij ab eisdem relati. Probat Cæcian. quia lege tantum obligari quis potest ad sustinendam penam, cum pena in passione constitut, non ad agendum illam.

4. Dicendum ergo est posse legem humanam obligare ad penam tam priuatum; quam politiui subeundam ante iudicis sententiam, modò sit moderata pena, & humanae conditioni non admodum difficultis, sic teneat communiter Doctores, Valquez disp. 1.6.8. cap.1. & seqq. Castro 2. de lege pñali. c.5.8. Et seqq. Et lib.2. de iustitia heret. puniit. cap.6. & seqq. Navar. cap.23. n.7. Et cap.25. n.17. Couart. 2. part. de sponsabil. cap.6. §.10. Suar. tom.5. in 3. part. disp.3. sec.1. Et lib.5. de legibus. c.5. à n.5. Salas de legib. disp.1.5. sec.2. num.5. Bonac. disp.1. quest.1. puniit. 7. §.2. n.8. & 9. Et quidem de penis priuatiuæ est res manifesta: si enim potest Ecclesia priuare iactantotum receptione, & administratione, & communione politica, & alijs bonis, ad quæ Christianus habet ius; quare non potest res publica dominio pecuniarium priuare, & inhabiliter delinquente efficiere ad officia publica, alávme munera subeundi? De penis autem, quæ actionem requirunt, sic probro. Quia obligatio ad huiusmodi actiones penales efficiendas non excedit potestatem preceptuum res publica: si potest enim res publica ob bonum commune præcipere aliqui ieiunium, elemosynam, remigationem. Quare ergo non poterit hæc eadem præcipere in penam, ob aliquod delictum commissum?

5. Dixi posse templicam obligare suis legibus ad penam subeundam, modò sit moderata, & humanae conditioni non admodum difficultis. Nam si pena sit acerba, & nimis grauis, non est expedit illam imponere, quia pauci illam exquerentur. Sed quod communitati expeditas non est, non potest præcipi a legislatore. Ergo.

Ex hac doctrina sit non posse legislatorem obligare delinqüentem ipso facto ad aliquam actionem efficiendam, ex qua grauerit eius vita, fama, & honor pericliterit, quia non est obligatio naturæ humanae accommodata, neque rectæ gubernationi conueniens, & ita docet Salas disp.1.5. sec.1. specialiter n.37. Suarez de legib. lib.5. cap.5. n.12. & 16. fine.

6. Neque obstant argumenta contraria.

Ad primum pro sacerdoti Sori respondeo negando sola criminaria publica posse prohibeti a republica, quia etiam secretaria obstant rectæ gubernationi; gubernator enim ciuitatis non solum larcinia, & quelibet alia crimina publica, sed secretaria præcauere debet. Nullus autem aprior modus præcauendi esse potest, quam impositione pena. Poterit ergo poenam per legem imponere.

Ad primam & secundam confirmationem dico probare optimè penas Ecclesiasticas, præcipue censuras, aptius & frequenter ipso facto imponi posse, non tamen probare aliquas penas non posse tam a iudice Ecclesiastico, quam civili imponi, si causa exigat.

Ad secundum concedo exequi penam, secundum quod importat actionem, esse officium iudicis, & sine intereuertu iudicis ex qui non posse: at cum iudex, seu legislator delicto annexat penam, officium iudicis exercet, ipse reus, si minister iudicis in se ipsum penam exequitur. At quia haec execuicio non est forensis, & iudicialis, sed secreta, & in foto conscientiae, ideo non requirit alios testes, & accusatores præter ipsum delinquentem, ipse enim sibi ipsi est accusator, testis, & minister, qui penam imponit, quando pena actionem eius requirit.

Ad fundamentum Cæciani faciliter soluto. Nam etiam si demus penam in passione constitere, obligari qui poterit ad agendum actionem, ex qua talis passio, seu pena oritur. Quod necessariò dicendum est post latram sententiam condemnatoriam, quia quis condemnatur ad solutionem pecunia, vel ad pergendum in exilium. Adde penam dici optimè posse quamlibet actionem grauem, & molestam naturæ.

P V N C T Y M II.

An sint aliqua penæ impositæ a legislatore tam Ecclesiastico, quam civili annexæ delictis ante omnem iudicis sententiam.

1. Censura excommunicationis, suspensionis, & interdicti, & irregularitatis pena sive incurritur.

2. Irritatio actus, & inhabilitas ad illum sapientia est non ut pena, sed ut forma: aliquando inducitur ut pena, & quando hoc contingit.

3. Pena conditionalis ante iudicis sententiam obligat.

4. An admittas ad collegium, in quo est statuum, si tale delictum committas, privilegium prætetur, maneat ipso iure priuatus.

5. Proponitur communis sententia nullam penam præter omnia.

sunt, & irregularitatem reo imponi ante sententiam.

6. Pœna ad sui executionem postulantes actionem non contrahunt ante sententiam saltem declaratoriam.

7. Pœna impedites ius querendū ab eis sententia contrahuntur.

8. Ferè nulla est pœna priuans iure questo, que ante sententiam declaratoriam contrahatur.

9. Excipienda est pœna, qua coningue incestuoso debiti petitorio priuantur.

10. Objicuntur aliquæ aduersus supradicta.

11. Satisfit supradicti objectionibus.

12. Firmatur conclusio probabile esse nullam pœnam, qua proprieta, sit, contrahabili ab eis sententia criminalis declaratoria, exceptis censuris, & irregularitate.

13. Satisfit quidam objectioni.

I. Grauissima est hæc difficultas, ad cuius decisionem aliquæ praemissa sunt, in quibus ferè omnes Doctores conueniunt.

Primo conueniunt Doctores censuras excommunicationis, suspensionis, & interdicti, & irregularitatis pœnam ipso facta, nul a expectata iudicis sententia, tæpe incutit, ex cap. si quis suadet, 17. q.4. & ex toto rite, de sent. excusam. Et hominid. & tradit ipsemet Sotus 1. de iust. q.6. art.6. concil.2. Salas plures referunt disp.1.5. de legib. sec.2. n.29. vers. inhabilitas. Sanch. lib.9. de mar. disp.30. n.1. Et 2. Salas de legib. lib.5. cap.5. Ratio præcipua est, quia ita est viu receptum, & quia conueniens erat, ut Ecclesia, quæ spiritualem subditorum profectum spectat aliquas penas haberet, quibus a contrahendis delictis, quantumcumque occulitis, aceret.

2. Secundo conueniunt Doctores saepe induci annulationem actus, & inhabilitatem ad illum, non ut penam sed ut formam quæ ratione matrimonio clandestino sine patroche, & testibus requistis à Trident. celebrata, redditur nulla, alienatio rerum Ecclesie sine debita solemnitate, testamentum minus solemniter, contractus pupilli sine consensu tutoris, & alia innumeræ, quæ penas non sunt, sed solempnitatis à iure requisitas. Aliquanto vero annulation actus inducitur in penam delicti committi, qualiter in omnium sententiæ inducitur ei, qui cognovit, consanguineum uxoris intra secundum gradum, ne scilicet habilis sit ad contrahendum, nisi ex dispensatione Pontificis, & si est coniugarius, ne possit debitum petere, ex cap. transmissa, de eo qui cognovit consanguineum uxoris. Item si aliquis coniugatus sub fide data matrimonio contrahendo, cum aliqua adulterium commisi, inhabilis reditur morte vxore ad contrahendum, ex cap. super hoc, cap. significasti, cap. fin. de eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium, quæ penas nulla spectata iudicis sententia contrahuntur, ut teneat omnes Doctores. Ut autem sciatur, quando inhabilitas apponitur, ut penas, quando non? Attenderendum est, an imponatur ob punitionem, & detractionem aliquor delicti, alia non erit pena, textus in cap. panitia, de penitentia diffinita, 3. & tunc cessante delicto, eschabit & pena, & inhabilitas: si non ob punitionem delicti, sed ob bonum regnum, & fraudes præcauendas apponatur inhabilitas, qualis est in matrimonio clandestino, & intra gradus prohibitos, in alienatione rerum Ecclesiasticarum, in contractibus, in quibus forma non sevatur, tunc non est pena, neque requirit iudicis sententiam, sed eo ipso actus est nullus, & iritus, ut probat Matienzo lib.5. recopil. tit.4. l.1. gloss. 10. num.3.5. & Azeuedo eodem lib. tit.1. l.1. n.13. Thom. Sanchez alios referens lib.2. de mar. disp.4. n.9. Salas disp.1.6. sec.2. Farinac. 2. part. fragment. crim. vbi de lege, n.160. pag. 203.

3. Tertiò conueniunt Doctores penam conditionalem, seu legem sub conditione possumus obligare ante iudicis sententiam, quia haec non est pena, sed conditio, sub qua aliquid conceditur. Item in cap. fin. q. si quis verò, de clandestina dispensatione, declaratur illegitimi filii, nati ex matrimonio clandestino invalido; ut pœnas deficit conditio requiratur, ut filii nati ex matrimonio legitimi essent, & ita tradit Sanc. lib.3. de marim. disp.5. n.8. Et lib.8. disp.1. n.77. Valent. 1.2. disp.7. quæst. 5. punct. 6. §.3. Suarez lib.5. de legibus. c.6. n.10. Clavis regia lib. 3. cap. 9. Bonacina disp. 2. quest. 1. punct. 7. num. 24. Idem contingit in legislat. sub conditione & forma, quia non implita cessat legatum, ut si femine relinquatur legatum sub conditione se castæ virerit, et ut pœnas, nullum modo retinet in conscientia legatum potest, sed debet ad hæc dies transmittere, quia ibi non pœnatur legato pœnam fornicationis, sed quia conditionem, sub qua fuit concessum, non impleurit: sic Molin. tom. 1. de inst. tract. 2. disp. 96. fine. Th. Sanch. innumeratos referens lib.7. de mar. disp. 91. n.1. Et 5. Valq. p.1. disp. 173. c.3. Valent. 1.2. disp. 6. q.5. punct. 6. vers. item intelligendum est. Bonac. de legib. disp. 1. q. 1. punct. 7. §. 2. n. 2. Salas

de

de legibus, disput. 15, sect. 3, circa finem. Stater lib. 5, de legib.

cap. 10.

4. Hinc inferitur quid dicendum sit de eo, qui admissus est ad aliquod collegium, in quo est statutum, si tale delictum committeret priuilegium collegij priuatur, & obligetur restituere quodquid a collegio accepit: an, inquam obligatus sit in conscientia a collegio defestare, & ea omnia, quae accepit, nulla ex parte sententia restituatur? docet Syrus in clavis regia, lib. 3, cap. 9. Sous lib. 1, de iust. quest. 6, art. 6, ad 4. Reginald, lib. 11, num. 276, quae videntur priuilegia, & alia bona collegij sub conditione concedi, & sub ea ab ingredientibus accepta.

Ceterum plures Doctores defendant, hanc priuationem penam propriè esse, ac proinde non incurri ante iudicis sententiam, & delicti probationem, sic Molin, tract. 2, de iust. disput. 9, circa finem. Nauar. cap. 13, n. 63. Azor lib. 5, cap. 8, quod. vlt. Valquez 11, tom. 2, disp. 175, cap. 1, reputat probabile Bonac. disp. 1, de l. gibis, quest. 1, punct. 7, q. 2, num. 26. Moneour, quia recipio in collegio videtur aboluere, & non conditionalis, ita quia illa est propria, quae priuare priuilegii iam acquisiti, non quae priuat acquirendis, ut bene dixit Sanchez lib. de matrimon. disput. 21, num. 77, ad fin, sed poena propriè dicta non incurritur ante sententiam, ut dicemus. Ego.

Ego vero dicendum existimo, ex consuetudine, & vsa hoc eis colligendum, negari enim non posset sub hac conditione ut posse in collegium admitti, & priuilegia collegij concedi, dum à delicto abstineris, sicut concedunt legatum vxori sub conditione, si causa vixerit, & in talis renuntiare debes collegio, & restituere, quae ab illo accepisti, quia non priuatis iure tibi integrè concessio, sed concessio sub conditione, quia non seruata restat. At si in collegium absolute fuitis admisis, neque claris, & explessis verbis, tibi declaratum est sub illa conditione admitti, obligandus non es renuntiare collegio, neque restituere, quae ab illo accepisti, quousque sententia declaratoria latenter intercedat, quia ei propriè poena, & ad eius executionem, ut diximus, haec sententia requiritur.

5. His ergo positis, est difficultas, an de facto sint aliqua poena annexa delictis, nulla expectata iudicis sententia?

Rationem dubitandi feci communis sententia Doctorum assertum nullam ponam reo imponi absque sententia iudicis pater censuras, & irregulatatem, quia hoc non videtur necessarium ad rectam republike gubernationem: & quia alias sepe obligatur reus ad manifestandum proprium delictum exequendo ponam: ita docuit D. Thomas communiter recepus. 1. 1. quest. 61, art. 3, in corpore, & ad 3. Et glossa in cap. fraternis, verbo cum argumento, 12, quest. 2. Sanchez dicente omnium Theologorum, & iuriis variisque professorum, tom. 1, de matrimon. lib. 3, disp. 13, num. 2. Et lib. 3, disp. 175, num. 2. Anton. Gomez 3, variarum, cap. 14, n. 3, Didacus Peretz ad leg. fin. verbo que en ellas cayer, r. 13, lib. 2, ordinaria, regi. Molin, tom. 1, de iust. tract. 2, disp. 176, 5, illud.

6. Pio resolutione retuvanda est in memoriam distinctione supra posita de penis, quae actionem ad sui executionem requirunt, & de penis, que nullam actionem expostulat.

Dico ergo primò, si sermo sit de penis, quae actionem ad sui executionem requirunt, non video vilam esse, quae taliter delicto auctor sit, ut absque sententia iudicis saltem declaratoria criminis incurrit: & in hoc casu communis sententia amplecenda est, quam tenet ultra Doctores super relatos Salas 11, 15, de legibus, sect. 3, n. 49, vbi dicit leges nostri regni obligantes tenui solvere peccata ante sententiam, qualis videatur esse lex 2, tit. 9, & lex 4, tit. 4, & lex 30, tit. 15, & lex 15, tit. 21, lib. 2, ordinaria, regulare, non esse consuetudine recepta, ut ante sententiam saltem declaratoria criminis teos adstringant. In iure autem ciuil, vel canonico, nulla est lex, quae ad huiusmodi penas ante sententiam obliget, sic Suar. lib. 5, c. 7, n. 6, & pluribus aliis exhortat Farinae, 2, part. fragm, vbi de lege, n. 157, pag. 102.

7. Quod si de penis priuatius loquamur, aduerendum est, esse in duplice differentia. Alia, quae impedit translationem dominij, seu iuris acquirendi: alia, quae priuare iure quiesco, seu incepto possidet, & haec ultima peccata proprie sunt, ut bene circa finem. si de penis, quae impedit ius acquirendum, loquamur.

Dicendum est secundò, plures esse in iure tam canonico, quam ciuil, quae absque iudicis sententia contrahontur: cum enim respublica suorum honorum dominia sit, iustissime potest volle ea donare his, qui leges eius non obseruant: sic recipiente beneficium parochiale sine sacerdotio, si intra annum non ordinetur sua culpa, illud dimittere obligatur, ex capitulo canonico de elect. in 6, ibi, si intra idem tempus promotus non fuerit, Eccl. classis sibi commissa, nulla etiam præmissa monitione, si praefen-

tis constitutionis autoritate priuatus. Idem dicendum est de Episcopis, qui intrasex menses à confirmatione sua non confirantur, priuantur enim Episcopatibus adeptis, quia sub tacita conditione illis sunt concessi, habetur in Trident. sect. 23, cap. 1, de reformat. Idem est de beneficiariis non residentibus in suis Ecclesiis, qui pro rata absentia fructus non faciunt suos, nec tuta conscientia, alia etiam declaratione non sequuta, illos detinere possunt, ut habent in Trident. sect. 23, cap. 1, de reformat. Idem de beneficiariis non recitantibus Horas canonicas in ex motu proprii Pij V. incipiente, ex proximo Lateranensi Concilio Roma edito anno 1571. 12. Kalend. Octobris, & referetur à Nauaro cap. 23, n. 12, non faciunt fructus suos, sed tenentur pro rata illos restituere, si accepint, quia sub hac conditione illis dati sunt. Item sect. 22, cap. 4, de reformat. priuantur Canonici voce actiu in Capitulo, si in factis non existant, & in Clementi, ut is qui, de atua, & qualitate, priuantur præbendati voce actiu in Capitulo, si intra annum non receperint ordinem suis præbendis annexum. Hoc tamen dubium est, si adiit in factis; existim enim esse fatis probable requiri sententiam, quia priuantur iure quiesco. Item consequentes secundum beneficium incompatible cum primo, ipso iure illo priuantur, & redduntur ineligibilis, si non dimiserint: ex cap. 1, cum singula, de præbend. in 6. Et ibi glossa. Et idem est de inhabilitate ad maximum imposita coniugi, qui uxori interficit, ut concubinaria ducat, vel sui promissione futuri coniugij cum illa tem habeat, ex cap. 1, cap. si per eo, cap. significasti, de eo, qui duxit in maximum, quam poluit per adulterium.

8. Verum si de penis priuatis iure quiesco loquamur, dicendum est tertio, satis probabile esse fidei nullam esse ponam, quae iudicis sententiam non requirat ad sui plenam executionem, quantumvis lex dicat, ipso facto, vel ante declarationem: quia semper debet intelligi ante declarationem penam, & non ante declarationem delicti. Moneour, quia in penis semper est benignior interpretatione facienda, regul. in penis, de regulis iuris in 6. Pizetta, quia haec iuri priuante ipso iure bonis possitis ad di commissi criminis, ex cap. 1, cum secundum leges, de haret, in 6, & ramen non tenent bona filio tradere, & contractus, & alienaciones facta ab ipsis validæ sunt, ut communis tenet sententia. Ergo bene inferitur penam non integrè incurri. Item simoniaci spoliantur beneficis, & inhabiles redditus ad alia obtinenda, ex Trident. sect. 24, cap. 18, de reformat. & ex constit. Pij I V. aduersus committentes simoniam, & tamen non obligantur renuntiante beneficis, alias obligantur facte ad manifestandum se ipsis, vel ad patiendum gravem necessitatem. Ergo signum est priuationem tituli non esse delicto annexam, alias priuato non licet sacramenta ministrare, & alia iura, & monia, quae ratione beneficij conceduntur, exercere, neque fructus beneficij recipere. Ergo in his penis priuatis iure quiesco, expectanda est sententia declaratoria criminis, ut integrè incurritur, sic Emanuel Saa, verbo lex, n. 11. Petri lib. 2, ordin. regi. tit. 9, lib. 2. Couart. 2, p. sponsalium, cap. 6, 8, n. 8, & 10. Valquez de legibus, disp. 178 cap. 4, n. 15. Castro lib. 2, de iusta haver. punis. cap. 9. Lefflur lib. 2, de iust. cap. 29, dub. 8, cap. 34, dub. 34. Et cap. 35, dub. 26. Et 27. Salas de legibus, disp. 15, n. 4, 46. Sanchez lib. 3, de matrimon. disp. 33, n. num. 5, & seqq. Et lib. 3, disp. 33, num. 4, vbi dicit, communissimum Doctorum axioma esse, penam non debeti ante iudicis sententiam saltem declaratoria criminis: immo quamvis textus dicant incurri absque alia declaratione, intelligi debent de declaratione penam. Vnde adhuc desideratur declaratio criminis facti per iudicis sententiam, ut sustinet verius opinio, quam refert Couart. 4, sect. 1, part. cap. 6, 5, 8, n. 10. servit tercio, atque in strictioribus legis verbis docent hoc ipsum Azeudo lib. 5, recipilat. tit. 18, lib. 5, num. 11, & ibi Matienzo glossa 1, n. 4, cum enim illa lex dicat haec verba, porro meo echo, sic proceder à ello, ni para allo otro conocimiento de causa, ni otra sententia, ni declaracion alguna ayan perdido las mecedurias; dicunt adhuc ex quilibet sententiam: quare Molin, tom. 1, de iust. tract. 2, disp. 96, fol. 59r, docet exigi verbo legislatoris luci clariora explicatio ipsius mentem esse, nullam desiderari sententiam. Haec Sanchez. Et aduertendum est ex eius sententia lib. 3, de matrimon. disp. 5, fine, illam dici ponam, quae est priuatio iuris quiesco, seu incipientis possideri, non acquirendi.

9. Dixi fere nullam esse ponam, ut exciperem penam, que coniuges incestuosi priuantur debiti petitione, nulla expectata iudicis sententia, etiam declaratoria criminis: ut testatur de communis sententia Sanchez lib. 9, de matrimon. disput. 30, num. 2, quia in hac pena, sicut in pena excommunicationis, suspensionis, interdicti, & irregulatatis, præxsis, & viuis obtinuit ligari delinquentes nulla expectata sententia.

10. Sed aduersus supradicta objici posset primò textus in 2, pro human. de homicid. in 6, vbi occidentes alios per affassios qui subiecti erant dominis temporalibus, priuantur officio, & beneficio ipso facto, taliter, quod liberè alii possint conferri.

L. 4. Sed

DE
ASTRO
PALAO
TONI,

Sed hic textus nihil contra nos virget: nam ibi adduntur verba, quæ clare indicant sententiam judicis; sicut enim textus, postquam probabilis considerit argumentum aliquum tam exercitabile factus commissum, quæ verba ad notitiam publicam, & judicialiem debent referri. Quapropter quoque in iudicio constet de tali delicto, non videtur priuatus officiis, & beneficiis: & ita sententia Suar. lib. 5. de legibus, cap. 8. n. 15. cum Felino in c. de fidei in frumento, n. 9. Vasquez disp. 166. cap. 4. cum Syluch, verbo afflatus, in fine, Sot. 1. de iustit. quæst. 6. art. 6. ad 8. Salas de legibus, disp. 15. sect. 2. num. 30. vers. osta.

Secundo adducitur textus in extrahaganti Ambitione, de rebus Ecclesiæ non alienando, vbi Pralati inferiores, & Recktores Ecclesiæ aliam bona suorum beneficiorum contra praescriptum illius legis, priuantur ipso facto beneficii per hæc verba: priuatis exsiliis ipso facto, & ab eo alia declaratione in ea conseruantur. Si ergo ad vacationem opus esset sententia declaratoria criminis, iam verba legis vera, & effectiva non efficiuntur enim vacationem abesse alia declaratione: & ita sententia Suar. cum Cate. Naorat. & Coi dub. lib. 5. de legib. cap. 8. n. 14. Sed adduc illas penas non esse vobis recipias.

Tertio adducitur constitutio Pij V. aduersus committentes simoniam confidentiam, quam referunt Nauar. c. 23. n. 110. vbi simoniacos confidentiales priuat beneficiis obtentis, ipso facto; quod autem non requiratur sententia declaratoria criminis, docet idem Nauar. & Suarez (supradicto loco de leg. n. 16. retractans sententiam, quam docuerat tom. 1. de relig. lib. 4. vers. nonas decim. cap. 4. in fine) Et mouere, quia Pontifex intendit hac constitutione præcludere viam committendi tale delictum spe subterfugienti iudicium, quod patet ex illis verbis ultimi dictæ constitutionis. Sed ne quisquam vanam fiduciam fruens, non intendendit contra se iudicari in crimen perseveret, utique hoc malum gravioris censura fittole usquequaque prohibetur; omnes, & singulos, &c. & quidquid tale admiserint in futurum omnibus beneficiis, & officiis, &c. præsentium auctoritate priuamus, & ad futurum inhabiles decernimus. & in iuri subdictione excommunicationis sententia innodamus. Si autem haec pœna non contraheretur, ut que crimen est declaratum, iam fiducia vanæ fictio iudicium contra se non esse intendendum, in crimen perseverare posset, quod est contra mentem Pontificis. Verum non credo hanc constitutionem quoad penam priuationis beneficiorum, & inhabilitatem ad alia contrahiri ante sententiam declaratoriam criminis, quia sufficiunt satisfici intentioni Pontificis, si delinquis a die commissi criminis obnoxios priuationis manet, neque aliud expostulatur, quam declaratio delicti, ut priuatus exsiliatur. Et ita interpretanda est lex Bonifacii VIII. quam confirmavit Gregor. XII. priuatis beneficiis obtentis, recipientes in curia aliquip pro gratia, & iuria, eodemque modo debemus explicare Trident. sess. 24. cap. 18. de reforma, priuatis beneficiis aucta obtentis examinatores, simoniam in examine committentes, ut sollicitabili non possint a peccato simonie, nisi dimissi beneficiis, quæ quomodo cuncte antea obtinebant, subintelligatur, si fuerit eorum crimen declaratum, sic Salas de leg. disp. 15. sect. 2. num. 3r. Lexius lib. 2. de iustit. cap. 35. dub. 26. n. 147. & generaliter nullam legem erit in beneficiis incurri ante sententiam declaratoriam criminis, etiam si dicatur ipso facto, nulla declaratione præmissa docet Vasq. disp. 168. cap. 4. Coutarr. 2. p. de sponsalibus, cap. 6. § 8. n. 8. Eman. Saa verbo pena, n. 1 Sanchez lib. 6. de matr. disp. 53. num. 1. Molia. tom. 1. de iustit. trac. 2. disp. 96. pag. 390. & alii ab eisdem relati.

Quarto obiectum potest pena inhabilitationis vocis actiuæ, vel passiuæ ad aliquam cathedralium, officium, vel beneficium; sive enim ob crimen commissum priuatus quis potestatē eligendi, cap. 3. cum inter. de electione, cap. 1. de postul. Pralatorum, cap. 3. cum in cunctis, & elect. cap. 3. quia diversitatem, de concessione proband. cap. fin. de excessibus Pralatorum, cap. unico. § 1. ne sede vacante in 6. Et in multis vniuersitatibus sicut ipso iure inhabiles ad cathedralis obtinentas, qui aliquos suffragatores corrupti, vel cum aliis competitoribus pactum fecerint de cessione facienda in oppositione, ut ipsi etiam vicinum in alia oppositione, cedant, Item quia ipsi corrupti inhabiles sunt exspectata sententia sunt: quod confat ex statutis huius Salmanticensis vniuersitatis tit. 3. à n. 4. & seqq. principiis 20. 21. 22. & de vniuersitate Complutensi tellatur Vasquez lib. 2. disp. 168. cap. 6. Suarez lib. 5. cap. 9. a num. 7.

V. Verum supradicti textus non satis probant & concedo edam priuationem, quæ incurritur per censuras: hanc vim habere; fecus vero priuationem, quæ ratione delicti imponitur. Et supradicti textus ligatis censura loquuntur. Idem debet censura esse denunciata, ut non solum vnu, sed etiam potestate eligendi quis priuatur si censura eligendum adstringit, etiam si occulta sit, readi eius electionem passuum nullam & cap. postulatio in principe clerico excommunicato, ministr. Solam cap. 3. in cunctis, & elect. potest ingere difficultatem quia ibi priuatur Canonici potestatē eligendi, si eligant scientem indignum. Sed non habemus efficacis argumentum ad negandum requiri prius sententiam declaratoriam criminis; immo porro nobis raut communis regula de censis, quæ temperande lunt, quoad

fieri possit: cum autem haec sit propria pena, quia prius iuste quæsto, scilicet potestate iam habita prius eligendi, censura probabile requiri sententiam declaratoriam criminis. Et idem censio de supradictis statutis, vnuet: aut priuabitus voce actua, & passiva ad aliquam electionem. Nam licet dicant, ipso facto inhabiles sint, debent tamen temperari facta per iudicem declaratione: tenet hanc sententiam Sotus lib. 1. de iustit. quæst. 6. art. 6. ad 4. & lib. 4. quæst. 6. art. 3. ad finem. Lodelma 2. p. 4. q. 18. art. 2. conclus. 3. Eman. Saa verbo lex. num. 11. & verbo pena, num. 1. in veraque editione. Thom. Sanch. lib. 9. de matrimon. disp. 30. n. 1. & lib. 2. in Decal. cap. 22. n. 19. & Molin. tom. I. de iustit. trac. 2. disp. 99. pag. 591.

Ex his ergo confat latius probabile esse ultra censuras, & irregularitatem, nullam, aliam penam contrahiri ipso facto ante sententiam declaratoriam criminis. Si de propria pena loquamur, quod est priuatio alicuius iurius quæsti, seu incepit possideri; etiam si lex, aut statutum dicat contrahi ipso facto, ab eo quia alia declaratione, & processu; quia ita haber praxis. & vnu, & pluribus exortat ultra allegatos supra Prosper. Fatin. 2. p. fragment. crimin. n. 157. & n. 164. pag. mibi 202. & 203. Quod in tantum verum est, ut nullo modo possit talis pena mandari executioni, nisi declaratoria intercedat. Ad quam declaratoria faciendum citatio partis requiri, ut testatur Iulius Clitus in præt. § fin. quæst. 31. num. 3. vers. item aude. Cardin. Tulus in verbo, declaratio, concluſ. 98. num. 6. Farinacius super num. 167. & num. 168. plures refertur docet ab hac declaratoria dicta appellationem.

Sed obiectus. Ergo fructu apponuntur in lege penali verba ipso facto, & ab eo alia declaratione, si pena non contrahitur commissi delicto, sed expectanda est iudicis sententia, neque differentia vnu erit inter le gen. statuente penam ipso facto, & legem statuente penam ferendam; sed omnis lex penaliter dicitur esse de pena ferenda & non lata.

Respondeo negando alium pum; cum enim pena ipso facto à legie imponatur, non requiri sententiam condamnationis, suffici declaratoria criminis, fecus vero est in sententia ferenda. Secundo omnes actus, qui post commissum delictum sunt, venient irritandi, si irritabiles sint: quare si ipso facto ob delictum priuaria officio, ben. factio, vel bonis, teneris post sententiam fructus restituere sicut perenni, & si alienaueri, potest resiliendi contractus, si in damnou sicut celebratus fuerit, quia omnia transirent cum illo onere. Tertio hæredes possunt conveni ad perfolendum pecuniam realem, quam debet defundens, quia transit res ad illos cum illo onere. Secus vero est in pecuniis ferendis, ut latius dicemus, cum de confisatione bonorum sermo habeatur. Ratio omnium est, quia lex, quae pecuniam imponit ipso facto, priuata quantum est de se delinquentes bonis, sub conditione tamen, quod delictum declaratur: quare non indiget, ut index sententiam ferat de priuatione, sed de declaratione delicti. At lex quae imponit pecuniam ferendam, non priuata, sed remitterit iudicii, ut priuet. Ergo est clara differentia inter vnam, & aliam legem: & ita explicat, & pluribus exortat Salas disp. 1. de leg. fin. 3. sub num. 47. Thom. Sanch. lib. 2. in Decal. cap. 22. n. 21. Bonacina disp. 1. de leg. q. 1. punt. 7. § 2. n. 8. Vasq. disp. 170. cap. 4. Molin. tom. I. de iustit. trac. 2. disp. 95. Grafis 1. p. deci. lib. 2. cap. II. n. 26. & 29. & seq. Henriquez lib. 13. cap. 56. num. 2. litt. N. in com. Sayras in clavi regia, lib. 3. cap. 9. Anton. Gom. 3. var. cap. vlt. num. 2.

P V N C T V M III.

An pena apposita ex mutno contrahentium consensu debeatur ante sententiam iudicis.

1. Si expressè ad id se obligari, debet.

2. Cum non est haec expressa obligatio ex solo contractu, prima sententia affirmat debet in conscientia.

3. Secunda dicitur debet, cau quo ab alio peratu.

4. Tertia quam approbo probabilitorem, defendit non esse debitam, quoniam ex indice declaratur.

5. Infurta dari posse prescriptionem pena conditionalis.

6. Solvuntur rationes prima & secunda sententia.

I. Oquinum de pena appositione non reprobata per extum in cap. gemma, de sponsal, sed de pena, ad cuius solutionem licet possunt contrahentes se obligare.

Et quidem cum omnis haec obligatio ex intentione contrahentium pendet debet: si ipsi se expressè obligauerint ad solvendum penam ante iudicem sententiam, immo etiam, antequam ab alio petatur, dicendum est obligatos manere, sic sententia Suarez lib. 5. de leg. cap. 6. num. 9. & alii statim refendi.

Difficultas autem est, quando non exprimitur hanc obligationem, sed solum dicunt se obligare statu contractui, quod si reliquisti, solutus esse valera penam: an ruce, inquam, pena debeatur in conscientia?

2. Triplex est sententia.

Prima

Prima assertat debet in conscientia, etiam parte non perteneat, scilicet *Felin cap. 1 de confusione numer. 46.* & *Decius ibi l. 2, num. 10. & l. 3, num. 78.* *Palud. 4. disp. 2.7. quest. 1. art. 2. numer. 3.* indicat *Nagart lib. 3. de refut. cap. 2. dub. 10. numer. 274. m. 2. edit.* Mouentur quia obligatio ad penam sit ex contractu, sed quod ex contractu debetur, in conscientia debetur: quia ratione in *l. scriptum 8. si pactio, si pactis, datum actio aduersus debitorum penalem; dicitur enim ibi, si quis in pacto penam stipulatus est, posse agere, vel ex pacto vel ex stipulatione suo arbitrio.* Ergo signum est debitorem penam in conscientia esse obligatum. Confirmo argumentum delupsum ex votu penali, ad causam obligacionem vocens tenebitur, nulla expectata sententia si principali promulgo non stetit: ergo etiam debet teneri homini, si a principali obligatio defitit.

Secunda sententia docet, tenet resiliunt a contractu solvere penam calu quo ab alio contrahente petatur, nulla expedita iudicis sententia: sic docet *Menochius de arbitrio lib. 2. cent. 3. cap. 16. num. 40.* *Gutierrez de matrim. cap. 18. num. 19. & de iuramento 1. p. 1. cap. 36. num. 11. fine.* *Couart. lib. 4. decreto. cap. 6. § 8. numer. 11.* *Azuedo lib. 1. recipi. fit. 1. in rubr. num. 28. & seq.* *Bonacina de legib. dispu. 1. quest. 1. punct. 2. § 2. num. 23. & de contractu. dispu. 3. quest. 3. punct. 7. numer. 4.* *Suar. de legib. lib. 1. cap. 6. numer. 8.* *Salas de legib. dispu. 1. sect. 3. num. 51.* *Molinum. tract. 2. dispu. 97. fine.* *Emanuel. Saa ver. penna. numer. 2.* & ali ab eisdem relati. Mouentur, quia haec videtur esse intentio contrahentis, ut petitio patris loco sententia succedat, alias si contrahentes intelligenter iudicis sententiam expectant, id est, hoc explicarent. Tertera obtrinse sententiam iudicis non levem patitur difficultatem. Ergo non est obligandus innocens hoc grauamus subire, vt sibi debitum recuperet, nisi ad id se extet obligatorum.

Tertia sententia cui tanquam probabiliori adhaere, erit, duae precedentes sicut satis probabiles - assertat, non debet haec penam quoque a iudice declaratur, ex contrario fundamento. Quia mens contrahentium, nisi aliud verbis exprimerit, non videtur esse obligate ad penam, nisi facta condemnatione. Tunc, quia haec obligatio est ob transgressionem legis sibi imposita. Sed quando quia transgreditur legem a iure communi imponitur non contrahit penam, praecepit si requiri actionem ab iudice sententia iudicis. Ergo neque etiam constabat debet penam quam sibi ipsi imponit ob transgressionem sui legis sine sententia iudicis tum etiam quia has penas sepe moderantur iudex, quia exuberantes sunt, immo ex stylo cum non sit condamnatione harum peniarum, nisi quatenus interest, vt testatur Sanchez loco statim referendo, cum *Audenano in suo dictionario, verbo pena & Gutierrez de iuramento. 1. part. cap. 3. & numer. 10.* Ergo oportet ut ad carum obligacionem inducet sententia iudicis accedit, qui aduerterat, an sint penae exorbitantes, an etiam damnum aliquod innocentis sequuntur fuerit, nam felicis his casibus non debet ad penam condamnare. Tandem in caso dubio intelligi debent contrahentes apponere penam, iuxta regulam pecuniarum iustis communis, que non obligante latam sententiam saltem declaratoriam: & ita tenuerunt plures referens Thomas Sanchez, scripsorum moralium principes lib. 1. de sponsalib. dispu. 37. num. 4. *Nauar. cap. 1. num. 67.* *Vasq. dispu. 173. cap. 1.* *Bea 1. part. cap. 4.* *Leffius lib. 2. cap. 20. dub. 15.* *Gutierrez canon. quest. lib. 1. cap. 20. numer. 13.* Vide *Tulcum verbo declaratio. concl. 98. numer. 5.* &c.

Ex his infero cum Sanchez, & Gutierrez locis citatis debitorem penam conuenientiam praferre posse solutionem, nisi non petatur coram iudice, ex *Lomnes Cod. de prescrip. 30. ann. quia dum non petitur, possidet bona fide.* Immo addendum existimo ea *Rebusca in praxem. confit. regal. glofia 1. num. 47.* hanc penam, & quamlibet aliam legis praescribi posse post condemnationem, si a parte interessente non petatur spacio 30. annorum quia credere potest debitor creditorem nolle iure esse viri, sed gratia remittere, sicuti contingit in hatched, a quo legatarum non petit legatum, & in domino, qui seit feudatarium occidit in communitate & non petit, contentit. *Vasquez dispu. 173. cap. 3.* *Salas de legibus. dispu. 15. sect. 7. numer. 52.* *Reginald. lib. 13. numer. 28.* *Bonacina alios referens dispu. 1. quest. 1. p. 7.* &c.

Argumenta vero in contractuum non obstant. Ad primum prime sententia respondeo, debitorem penae esse obligatum ex pacto solvere posita condemnatione, non antece; & hoc sufficit, ut possit creditor agere aduersus illum.

Ad confirmationem concedo votum penale statim obligatum, quia in voto non est imaginabilis alia sententia præter eam quam sibi quique imponit, lecus vero in debito homini factis. Ad argumentum secundam sententia nego esse illam intentionem contrahentium, sed potius contrariam ut constat ex proportione nostræ conclusionis,

P V N C T V M IV.

Quas penas teneatur exequi delinquens post latam sententiam.

- 1 Non potest condemnatus iudicii resistere, quid si in falsa presumptione sententia fundetur.
- 2 Non potest obligari ad executionem pena mortis, multationis &c.
- 3 Quid teneatur praestare condemnatus ad mortem.
- 4 Penam verberationis, exilio, carcoris, communis sententia docet te obligatum esse exequi.
- 5 Temperatur communis sententia.
- 6 In penis pecuniaris tenenda est communis sententia te obligatum esse.

I Primum est certum delinquentem resister non posse iudicii infangent penas legis, post legitimam sententiam, isto possit sine resilienti fugere cum pena gravissima est; quia ad fugam habet ius a natura, ad resistendum nullum ius habet, quia nulla ei interrogatur iniuria, ut suppono. Si autem ex presumptione falsa damotus sis ad graue supplicium, non est improbatum, posse te armis defendere a ministri iusticie, si aliquam spem habeas evadendi, quia re ipsa tibi infertur iniuria, quam potes vi repellere, sicuti si inuictus esles a furioso, docuit *Leffius lib. 2. de iust. cap. 31. dub. 4. fin.* *Vasquez dispu. 174. cap. 1. Sotus 1. de iust. quest. 6. art. 6.* & *lib. 5. quest. 6. art. 4.* *Salas dispu. 15. sect. 7. numer. 87.* Aduertum tamen non posse te ministros uincere, sed colum armis tertere, quia non licet tibi iniuriam facere, cum index iniuriarum non inferat. At *Bannes 2. 2. quest. 68.* art. 4. cum *Victor.* & ali relati à *Couart. lib. 1. vnr. cap. 2. numer. 13.* etiam admittunt te illos vulnerare posse, si haec via spem habeas evadendi: & videatur approbat à *Leffio* exemplo furioso, quem licet tibi vulnerare, si alia via eius inuictiones declinare non potes, sufficit enim tibi in te fieri iniuriam, etiam si inferens ut talen non reputet.

Secundo credo etiam certum delinquentem neque per legem neque per sententiam condemnatoriam obligare posse ad penam mortis multationis, verberationis gravis, & infamis sibi inferendam, quia bono communis non expedit delinquenti hanc obligationem ita grauem imponere, ut ipse sui ipsius vindicta sit, insufficiens enim sit factis bono communis, & penae debitis pro delicto, si cum ab alio imponitur, patienter sustineat. ita *Suar. lib. 5. c. 7. ad finem & cap. 10. n. 12.* *Vasq. dispu. 173. Bonacina dispu. 1. quest. 1. punct. 7. §. 2. numer. 29.* *Graffis 1. p. lib. 2. 11. numer. 40.*

Hinc sit, non posse teum obligari sumere venenum, vel abstinere a cibo oblatu quia nunquam hoc est necessarium bono communis ut ipse sua mortis sit executor: & ita docuit *Suar. lib. 5. de leg. cap. 7. numer. 13.* & *cap. 0. numer. 14.* *Vasquez dispu. 173. cap. 3.* *Salas dispu. 1. sect. 7. numer. 4.* & *89.* *Leffius lib. 2. cap. 9. dub. 2. numer. 26.* *Reginaldus lib. 13. numer. 18.* quamvis contra teneat *Bonacina dispu. 2. de rest. quest. vi. punct. 5. numer. 3.* cum *Atagon. 2. 2. q. 69. art. 4.* *Emman. Saa verbo iudicialis actus numer. 54.*

3 Vnum tamen mihi certum videatur facta condemnatione ad mortem, vel exilium quam condemnationem fugiendo vitare non potes, immo & debet ad locum definitum proficisci, collum præparare, manus apponere, & alias actiones efficer, quia ab alio ministro iusticie commode fieri non possunt, quia haec cooperatio ad mortem, sententia remota cooperatio, & de te indifferens, mortemque non inducens, & ex alia parte honestat sufficienter præcepto iudicis & exemplo adstatuum, qui si te ire violenter viderent indicarent te impetrare mortem subire & velle iusticie resistere, & ita tradit *Sotus 1. de iust. quest. 6. art. 6. concl. 2.* *Couart. 2. p. 4. cap. 6. §. 8. n. 10.* *Atagon. 2. 2. qn. 62. art. 3.* *Salas dispu. 15. de leg. sect. 7. n. 82.* *Sayrus lib. 3. c. 9. n. 41.* *Suar. vbi testatur de communis lib. 5. cap. 10. numer. 14.* *Bonacina dispu. 1. quest. 1. punct. 7. §. 2. numer. 23.* *Valquez dispu. 173. cap. 3.*

4 De aliis penis, nempe verberatione, exilio, & carcere diuturno communis sententia docet teneri penam exequi si ad executionem condemnatis sententia ultima, quam appellatio ne vel alio remedio iuriis non potes infirmare. Unde non potes a carcere fugere, ab exilio exire, & sententia liberari, quia est iusta sententia & præcepto iusto parendum est sic D. Thom. 2. 2. quest. 62. art. 3. Tiraquellus plures referens in *lib. 1. vnguam Cod. de revocandis donation. verbo rev. statut. numer. 29.* *Nauar. cap. 2. numer. 6.* *Salas dispu. 15. sect. 2. numer. 32.* *Claus regis lib. 3. cap. 9. numer. 4.* *Bonacina dispu. 1. quest. 1. p. 7. §. 2. numer. 33.* *Azoz. tom. 1. libr. 5. cap. 3. q. 6.* *Suar. plures referens lib. 5. cap. 10. a numer. 5.*

5 Verum censeo hanc sententiam communem temperandam esse, quare si carcere sit durus & tristis, non videri obligatum ibi persistere & a fortiori, ibi male traheris: quod do-

cet Suarez supra numer. 16. Et idem censeo, si condemnatis, ad exilium terret in salubri, & longo tempore ad tritemes, & ad quemlibet aliam actionem de le nimis molestatam, praecepit causa humana, humana debent esse: & inhumanum videtur, si obligari ut in pena adeo molesta ipse sit minister iudicis contra te ipsum. Ergo dicendum est te non posse ad hoc obligari. Et confiso, Commissus sententia reterat (ut videbamus loquendo de confisione bonorum) non teneti delinquentibus deferre bona fito, sed atque non impediendo sicut posse. Ergo etiam satisfacie non impediendo iudicem, ut excusat in te sententiam.

Quod si teneantur in peccato executionem, cum, fugam ab exilio & carcere atripio.

Respondi potest impedita executionem, utendo iure proprii defensionis, non tam in infestando vim, addi omnibus his condemnatis principi obsecrare sententia, sub communicatione grauioris penae. Ergo signum est solo timore penae velle iudicem te adstringere, ut obtempes; quare si in aliquo casu lex penal condenda est ad solam penam obligare, hic debet esse, cum precipiat res ita ardua, & difficultis & ita fuit probabile. *Lefebvris lib. 2. cap. 31. dub. 5. num. 39. Salas disp. 15. sect. 7. numer. 88.*

6 In penis autem pecuniaris tenenda est communis sententia te obligatum esse loquere quam facta condemnatione, vel declarato delicto, quando pena delicto est annexa, *sicut, inquam, declaratione, quam appellatione, vel alio remedio iuriis infirmare non potest* docet Bonac. *supra num. 30.* Vafquez de legib. disp. 173. cap. 3. *Salas disp. 15. sect. 7. num. 82. & num. 106. Suarez lib. 4. cap. 7. num. 7. Graffis t.p. de c. lib. 2. cap. 11. num. 40.* Requiritur tamen, ut peratus ab eo, cui est solvens aquila ita habet praxis, & vius communis: quare dum non peritus, retineat eam potes, & sufficienter praesumere tibi condonari, ut in puncto antecedenti diximus.

Alio autem questiones de confisione bonorum, de reo fugiente à carcere, declinante iudicium, negante veritatem, cum de bæsi, & de reo sermo habeatur, aprius explicabuntur? ne enim omnia in unum locum coaseri videntur, cum sunt loca habeant destinata.

P V N C T V M V.

Vtrum iudex teneatur penam imponere lege prescriptam

1. Princeps supremus seu legislator, potest si tamen absque causa faciat venialiter peccatum.

2. Iudex inferior sub gravi culpa est obligatus.

3. Proponuntur obiectiones, & solvantur.

1. Oqui possimus de Princeps supremo, seu de ipso legislatore, vel de iudice inferiori. Si de principe supremo seu legislatore loquimur. D. Thom. communiter receptus z. 2. quaff. 67. art. 4. ai. non esse obligatum penam taxatam delinquenti imponere, sed posse remittere, & arbitrari: consentaneum lucis in *Lnulla iuris ratio ff. de legibus Ratio* est videatur, quia cum ipse ad impoenandam illam penam non possit arctari nisi ex sua legi, & lex non arcta legi statorem: fit sane non esse obligatum. Verum si absque legitimata causa rigorem legis temperaret, peccat ad minus vesitatem: quia sine causa excipit subditum ab obligatione legi, communis: quod si ab omni pena delinquentem liberat sine causa idque confitetur, censetur graviter peccatum. Adversus propriam legem, sed aduersus potestatib; libi à republica concessam, qua abicitur in eius positionem, præberet enim illa remissione occasionem multiplicandi delicta. At hic casus ratus est non moraliter contingens: semper enim presumendus est princeps, remissione concedens, mox etiam causa legitimata, plures enim causas esse possint hanc remissiōnem concedendi, quæ in inferiori iudice locum non habent: quales sunt benignitas, & liberalitas, ostensio, insinceratio, aliquis magnatis, remuneratio, & gratificatio obsequiorum delinquentium, vel eius progenitorum, & similes aliqui enim ex his causis interuenient cedi remissio in commune bonum, ac proinde licita est. *Salas disp. 15. sect. 8. num. 105. Suarez lib. 5. c. 11. n. 9.*

2. Quod si de iudice subdito legislatori loquamur, communis sententia docet teneiri penam taxatam delinquenti legitimè consuetum imponere, sua pena sit pecuniaris, sua corporalis: ita Suarez, *supra* plures refert, & Salas, qui lapidatio nomine Suarez, hanc questionem fecit sibi. verbis explicat. Ratio est manifesta: nam vel lex imponit penam ipso facto vel signo sententiæ, si constituit ipso facto, iudex declarans delictum eo ipso declarat penam incuriam, neque hanc incursionem potest ipse impeditre, alias legislatore esse superior si autem est sententia pena, & iudex procedit ad punitionem delicti, cum necessario aliqua regula regi debeat. ut exequatur sententia, & haec nulla alia aptior esse possit, quam lex, legi debet servari. Additum legem illam de pena imponenda aliquem

astringere, quia est lex: at nullum alium prius iudicem astrinxere potest, quia nec delinquens ante impositionem sententiam subiret, neque alius prius iudicem illam imponere. Ergo.

3. Sed obiectio primo. Aliquando penas iudices augent, aliquando minuant vita taxam legis. Ergo signum est non teneri seruas leges in hac parte. Secundo sapienter, & religiosi interpellare iudices pro delinquentibus, ut constat ex tota causa 23. quæst. 1. si autem ipse neque augere, nec minuere posset penam pro suo arbitrio, sed lex lezunda esset, inutilis, & vana immo illicita esse talis interpellatio. Ergo.

Respondit ad primum. Concedo sapientem iudices augere, vel minuere penas delictum secundum impositas: nego tamen id fieri ultra taxam legis absoluere, esto si ultra taxam talis legis in particulari; lex enim aliqua specialis imponit penam delicto vi frequentem committi folerat si speciali gratitatem, & deformitatem habeat, ob illam gratitatem, augeri pena potest quia ita est aliis legibus praescriptum: ut sumi potest ex l. quidam quia reg. p. 2. ff. bis qui notantur infam. Et ibi glossa. Econtra vero si delictum non artingat gratitatem communem continentem, quia sunt provocatus, & subita in accessu temperati potest pena ex l. absentem, ff. de paris. Item ratione ex auctoritate rel. similis vel puerilis ex l. auxilium ff. de minorib. Et de pecuniaris paupertas est sufficiens occasio temperandi penam ex Litteris, §. vii. ff. de offic. præsid. Ex quibus constat soluio secunde obiectio: cum enim in horum consideratione multum possit affectus, merito interpellati potest iudicex, ut mitigationem patrem eligat.

P V N C T V M VI.

An penas solos d linquentes ligent

1. Nullus pro delicto alterius puniri potest.

2. Proponent obiectio de filii prius legitima ob crimen patris.

3. Solvit obiectio.

1. Primo in hac questione est regula generalis, nullum pro delicto alterius puniri debet: quia pena subiecti non auctores, neque viterius contra eos progettatur, qui procul sunt a delicto, ex l. *sancimus C. de penit. tradit. pluribus que exhorta. Farinacius lib. 1. prax. tit. 3. q. 24. n. 1. Contra triuas 2. via. riarum. c. 8. n. 7.*

2. Difficiliter autem est, quia ob crimen latere maiestatis principiæ diuinæ, filii priuatum legitima, quæ illis debent obvenire, ob patris delictum. Item excluduntur ab officiis, & beneficiis. Deinde unus pro alio se obligare potest ad penam subiungit, ut optime tradit Decius e. que in Ecclesiasticum, de H. Et c. 2. codem in Rom. consil. 15. Et in singul. 12. Ergo iam unus pro alio puniri potest.

3. Respondit filium priuatum legitima, quia non erat filii sed patris, priuatum tamen officiis iam habens & iure consequendi alia ob delictum patris, qui est aliqui dilius quare non tam priuatum tunc filius, quam patre filii priuatione sicut contigit in David quem Deus ob homicidium, & adulterium priuauit filio, qui ei natus erat: & in hoc sensu vera est sententia glossa in c. cum homo 2. q. 5. v. 2. *Supple*, quam recipit esse omnium confessio affirmat. Felix, cap. 2. de confess. dicens valere statuum, quo vxor statuum, vel alia pena priuata pro culpa mariti, nam tunc illa sententia non tam est pena vxoris, quam mariti, siquidem in vindictam delicti à matre commissi imponitur. Ut autem hoc verum esse possit, debet delictum mariti conditionis esse, ut non censetur sufficiens puniri penam mariti imposta, sed requiratur ad coniunctos extendi. Nonquam tamen valere statuum, ut delictum viuis in alio etiam coniuncto priuatur, ipso delinqüente relicto incolami. Videatur enim esse contra rationem delinquentem, quia pena libera & innocenter, quis ei coniunctus est, illa afficeret. Ex voluntate autem propria optimè potest aliquis puniri ob delictum alterius, si ipse se proxim obicit, cestis enim ini propriis & obligationem alterius, in se accepit sic Bonac. disp. 2. de peccat. q. 7. punct. 3. circa finem.

P V N C T V M VII.

De effectu legis, qui est irratio, quæ sit? quæplex? & an lex irritans dicatur penalis, vel favorabilis.

1. Legislator humanus potestatem habet annulandum datum.

2. Duplicitur lex irritare contrarium potest, vel ipso iure vel expedita sententia.

3. Irritatio, alia implicita, alia explicita.

4. An irritatio diuina sit lex favorabilis, vel non.

Legisla

Lege*g*istor humanus, non solum habet vim obligandi
adictos, sed etiam annulandi eorum actus, quando
bono communi expediens iudicauerit, ita ut censeatur taliter
ac si facti non essent; quia haec potestas aequa reipublica est
necessaria ad communem bonum, sicut potestas obligandi. Ad
de quocumque ceterum posse suis contractibus conditionem ap-
poteat, sub se velit obligare, & non aliter. Quare ergo
non potest reipublica, cui omnes voluntates subditae sunt, fi-
gnare conditiones, sub quibus, & non alias valent gesta per
ipsos? Denique ab effectu constat hanc potestatem esse in
reipublica ciuitatis, & Ecclesiastica plutes enim sunt contra-
ctus in ipsa reipublica, iuriti, qui scilicet lege irritante validi
sunt.

2. Duplicit lex irritare contractum potest, vel ipso iure,
vel expectata sententia. Contractus irritatus ipso iure est ille,
qui ita est nullus, ut nulla indigetur iuris irritatio: hic est
contractus matrimonij clandestini, vel intra gradus prohibi-
tios, contractus impuberum, alienatio rectum Ecclesie non fer-
uanda forma, & alia huiusmodi, de quibus in sequentibus con-
tractus verio, qui ipso iure non est irritatus, sed per sententiam
veni irritandus, est contractus, in quo est deceptio ultra me-
diatorem iusti pretii, ex l. 2. c. de rescriptis vendit. Vide de his
plata exempla apud Valquez disp. 163. & 164. & Lessium lib. 2.
cap. 17. dub. 6. Salas de legibus 16. s. t. 1. & 4. Sanch. de marr. lib. 3.
dub. 4. n. 3.

3. Item irritatio alia est implicita, alia explicita: ut dicunt
Doctores in l. actus legitimi. ff. de reg. iuris. & cap. actus. legiti-
morum, id est in 6. Irritatio explicita est, quae verbis explicitis
habetur; ut si lex prohibeat actum, & in super addat, quod si fiat,
non valeat, sed careat robore firmari; iuxta cap. de iure, & orati-
onari de iuris. Ecclesiastarum in 6. Implicita irritatio est, que
per verba aequivalitatem fieri, qualis a Doctribus consummatatur
illa, in qua praescribitur forma feruanda in contractibus; defi-
ciente enim forma, quae dat esse rei, corruptus actus, ex Clemente
enca. de rebus Ecclesiis non alien, c. quia propter, de electione c.
vita, de rescriptis, politis, c. cum delictis, de rescriptis, & aliis pluribus, in
quibus ob non feruatum formam actus redditur nullus, & in his
omnes conuenient.

4. Ex quibus constat, an irritatio dicenda sit penalis lex,
vel non.

Dicenda, inquam, est penalis, quoties in penam alicuius deli-
cti imponitur, vel contingit in lege irritante matrimonium ob-
viandum, & adulterij crimen cum promissione futuri matri-
monii, ex toto tit. de eo, qui duxit in matrimonium, quam pol-
luit ad adulterium, & in vige irritante electione ad beneficium
ob iuriscommissam, & generaliter quoties lex irritacio-
nem affingit in odium transgredientem legem, & ob solam le-
gi prohibitionem lex penalitatem est, sic tradit Sanchez lib. 3. de
matrim. disp. 4. n. 9. Salas plutes referens disp. 16. s. t. 2. Suarez
lib. 3. cap. 19. num. 7. Et ratio est clara, quia priuare aliquem po-
tentate contrahendi, vel acquirendi, quam alia habeat, onus
grave est, & apicum, ut in penam delicti metu apponi possit.
At si irritatio non ob commissum delictum, sed ob bonum com-
mune religiosum, reipublicae, vel aliquorum priuatorum appo-
nitur, sive irritatio sit directa, seu indirecta, implicita, seu explic-
ita, non debet censeri penalis: talis est lex irritans actum ob
non feruatum formam prescriptum, & contingit in matrimonio ob
defectum parochi, & testium, & in testamento non haben-
te testes requisitos, & in alienatione rerum Ecclesiis sine
fomentante prescripta in Clement. i. de rebus Ecclesiis non alien. Item
lex que dicitur, & explicita irritat, si irritat actum ob bonum
commune religiosum, vel reipublicae, non debet censeri
penalis: talis est lex irritans matrimonium religiosorum, clericorum,
affinum, & consanguineorum; atendit enim debitam
honestatem, & religionem. Deinde si irritat ob bonum priuato-
num, non debet censeri penalis, non enim censenda est lex
penalis, quae irritat professionem ante 16. annum completem, neque
contractus pupilli sine autoritate tutoris, imo potius
videtur fauorabilis. Neque obstat aliquando his legibus irritan-
tibus gravari contantibus, quia illud gravamen non per se in-
tendit a lege: solum cum lex bonum commune, & rectam
reipublicae gubernacionem intendit, ob cuius consecutionem aliqua
onera suis ciuiibus imponere potest: & ita tenet Sanchez,
Suarez, & Salas supra, conciliantes Doctores affirmantes, &
negantes legem irritantem esse penalem.

PUNCTVM VIII.

An eo ipso, quo lex actum prohibeat, cen-
satur illum irritare.

1. Proponitur dubitandi ratio.

2. Non ex eo, quod prohibetur, sit actus nullus.

3. Quod dicendum in nostro regno.

4. Satis ratione dubitandi.

Rationem dubitandi fecit l. non dubium, Cod. de legibus:
vbi dicitur, nullum pacum, nullam conventionem, nullum
contratum, inter eos valere voluntas subsequuntur, qui con-
trahunt legem contrahere prohibentur: quod ad omnes legum inter-
pretationes, tam veteres, quam nouellas trahi generaliter imper-
ramus, ut legislator, quod fieri non vult, contractum prohibuisse suffi-
ciat, cetera quasi expressae ex legi licet voluntate colligere, hoc
est, ut ea, quae legi fieri prohibentur, si fuerint facta, non solum in-
utilia, sed etiam pro infectis habentur: licet legislator prohibi-
tus est, neque specialiter dixerit inutili esse debere, quod factum est. Neque valet dicere hanc legem civilem, & solum in
terris Imperatoris subiectis vim habere posse, quia hoc efficit
verum, si alii legibus, Hispania, Gallia, repugnat: quod non
constat. Deinde iure canonico videtur talis lex approbata, cap.
imperiali, s. q. 2. b. imperiali constitutione aperiens iuris contractus est,
ut ea, que contra leges sunt, non solum iniuriae, sed etiam pro
infectis habenda sint, item in reg. 4. de reg. iuris in 6. dicitur, que
contra ius sunt, debent pro infectis haberi. Et ratione probatur,
quia aduersus voluntatem superioris, inferioris voluntas nihil
efficit potest: sed voluntari superioris prohibenti actum, ad-
uersari voluntas inferioris efficiens illum. Ergo Propter hanc
rationem dubitandi tenet communiter Iurisperit contractus, &
alios actus simpliciter prohibitos esse irritatos ipso iure, quamvis
lex non addat irritatos esse: sic Panotrian, cap. nulli, de rebus
Ecclesiis non alienand. & in cap. ad Apostolicam, de regularib.
n. 11. Sylluci, verbo lex, q. 28. gloss. Bald. & alij in supradicta leg.
non dubium. Tiraquel. plutes referens l. 16. conn. b. gloss. 4. n. 5.
& 6. & alij.

Scio hinc sententia varias limitationes, & distinctiones a
Doctribus adduci, eo quod multa prohibita sunt, quae tamen
si fiant, factum teneri, cap. ad Apostolicam, de regularibus,
capit. unico, de iure lib. 6. & alij, eaque adducunt Suarez lib. 5.
de legibus cap. 5. & Salas a iur. 16. i. t. 8. & optimè
impugnant; quapropter illis omissis, quid dicendum sit, paucis
exponam.

2. Dicendum ergo est, ex eo solum, quod lex prohibeat
actum, non censetur actus nullus in conscientia, sed in superfluo
necessarium esse, si vele nullitatem causare, ut verbis id explican-
tibus, docet Suarez num. 1. & Salas num. 2. Molin. tom. 1. de
iustit. tract. 2. disp. 88. Thom. Sanchez plutes referens lib. 7. de
matrim. disp. 2. num. 10. Ferdinand. Mendoca 1. de pastore, cap. 4.
num. 41. Bonacina disp. 1. quatt. 1. punct. 7. §. 5. num. 8. videat
conferre Farinac. 2. pars. fragment. vbi de lege, num. 189. pag.
206. & feret omnes Thaologi. Ratio est, quia prohibite, & irri-
tare sunt omnino distincte quia prohibite actum, est obligare,
ne fiat, irritare est inefficaciter redire voluntatem in illa effi-
ctione. Ergo sola prohibitione legis non significatur irritatio. Er-
go neque illum inducere potest: quia solum inducere potest id
quod significat. Dices non significari irritacionem, si lex. Non du-
bium, canonizata a Pontifice non adscerat supposita illa legi ir-
ritante actum à lege prohibiendum, iam lex prohibens simul irritat.
Sed contra, quia illa lex ad iuramentum habere potest vim in terris
imperio subiectis, non in aliis, quia est nimis odiosa, & onerosa.
Ergo non est cur obliget Italos, Hispanos, & Gallos, Præterea
qua in his terris imperio subiectis, non videatur in illo rigore
accepta, ut contractum reddat ipso iure nullum, sed annul-
andum, iuxta cap. vides, d. finit. 10. ibi, quidquid contra legem
accipitur, per legem diffisi: moretur, scilicet à iudice, & pro
infectis habebatur, supposita sententia, ita tradit Molina illa disp.
88. ad confirmationem primi argumenti, & Salas n. 23. Suarez
lib. 3. cap. 18. num. 7. & seqq. Sapientia enim actus est nullus, non
quia re vera nullus sit ipso iure, sed quia ope exceptionis, &
sententia à iudice late fieri nullus debet à punto, in quo fuit
actus, calu, quo actus capax sit huius irritationis, & ponat. Deinde
de qua Ecclesia olim prohibuit matrimonium clandestinum, c. cum
inhibitio, de clandestina passione, que tamen non erant ir-
rita, ut constat ex Trident. sess. 2. cap. 1. de reformat. Item ad-
strictus votum simpliciter prohibitus est congregare: at si
contrahat, matrimonium tenet. Prohibitus est quis donare rem
alteri promissam, si tamen docet, validè est donatio. Ergo non
est prohibitions directa, & per se, sequitur irritatio: & alia plura
in confirmationem huius sententie adduci possunt, quae libens
omittit, quia per se est manifesta.

3. Sed quid dicendum in nostro regno?
Respondens ex sola prohibitione facta non inferri annulla-
tionem ipso iure, quia nulla est lex, que hanc vim simplici
prohibitione tribuat: imo potius contrarium colligitur ex con-
fuetudine fatis recepta: sunt enim plures leges prohibentes mi-
nistri iustitia munera accipere, quia si accipiunt, acceperio vali-
da est, dum non confirmatur. Item prohibitus acquirere ludo
victio, & tamen non reperitur acquista, retinendi possunt
Quapropter cum lex irritationem intendit, non est contenta
simplici prohibitione, sed addit clausulum irritantem, ut vide-
re licet in l. 1. i. t. 1. lib. 5. recopilationis, quam optimè explicat
Azeuedo ibi, cap. n. 23. & sequent. vbi ponderat necessitatem illius
verbis, lo ayu per dido y pierda, y por el misfro: ayo pase el dera-
cho de la doma a los herederos, sic Suarez lib. 5. c. 30. Molin.
supra disp. 88. Valquez de legibus, disp. 16. cap. 3. Salas disp. 16.
f. 8.

scilicet 8 vers. dico quarto, facitque ad hanc Farinacius 2 pari frag-
ment. vbi de legi. pag. 203. n. 200.

6 Ex his constat solutio ratioñis dubitandi, dicimus enim
l. non sicutum, neque in terris imperio subiectis habere vim ipso-
facto, sed ope exceptionis, & per sententiam, qua non vide-
tur expediri ille alio modo receperit. Addit eis illam irrita-
tioñem pœnali, ut constat ex illis verbis legis initio proposi-
tis, nec penas insertas legibus existabat, qui se contra legi senten-
tiam suam prærogativa verborum contra legem excusat. Irrita-
tioñem autem pœnali, etiam si ipso iure potest expectari senten-
tia declaratoria estimatis, vel dicimus in penas impositis ipso
iure, & dicimus. Caput autem imperiali loquuntur de quadam re-
stamento, quod erat secundum leges imperiales irritum ipso
iure, & licet ibi subdat generali rationem, quia erat contra
legem, intelligi debet non de lege prohibente præcise, sed irri-
tante in penam. Et gula autem illa 64. de regulis iuris, vbi ca-
uerit habenda esse pro infelicitate, que contra ius sunt. Sanchez
lib. 3. de matrimonio. disp. 5. num. 4. ad 4. sententia intelligi de his quæ
sunt contra ius datas formam actum. At neque hoc est necessa-
rium etiam si omnia iuris contra ius prohibens tantum, potest
a iudice pro incerto haberi, si iudicet esse conuenientem ob tra-
gallionem legis talern irritacionem apponere, debet tamen actus
capax illius irritacionis: nam aliqui actus semel validi capaces
non sunt huius effectus, ut matrimonium, ordinatio, & alij
similes. Ad argumentum ex ratione peritum, dico inferio-
ris voluntate contraria non posse voluntari superioris: at volun-
tatis superioris si tacitum prohibet actum, non resilit illius
valori, sed eius honestati, eaque de causa potest à subdito va-
lide, licet illicite effici.

P N C T V M IX.

Quando lex irritet actum ob non seruatam for-
mam à lege præscriptam.

- 1 Quid sit forma, & quotuplex, alia substantialis, alia
accidentalis.
- 2 Quomodo cognoscitur an sit forma substantialis, vel ac-
cidentalis.
- 3 Limitatur, ut non procedat, cum datur potestas, & præcipi-
tur forma apponi, qua de iure inest.
- 4 Episcopus excommunicans non seruat forma præscripta: i.
c. 1. de sententiæ excommunicatio, in 6. validitate, efficit illicite excom-
municant.
- 5 Processus factus omisso iuramento, valet.
- 6 Si habent potestatem audiendi confessiones indifferenter
præcipiat superior, ne audiat feminarum, valeat confes-
sio, ego illicite fieri Sacerdos.
- 7 Quid dicendum, cum committitur tibi facultas, ut facias
actum ex consilio persorum, sine actus nullus omisso
consilio.
- 8 Quid quando statutum mandat fieri actum certo loco, &
tempore.
- 9 In casu dubio; an forma inducta sit substantialis, vel ac-
cidentalis, præsumi debet substantialis.

Formam definit Decius cum Bald. in l. hac consilijs forma,
num. 10. Cod. qui testamentum sacre possunt. Alcibi. lib. 5.
paradox. cap. 16. in principe, esse quandam ordinatam iuris, que
res perfectio, exemplis manifestari potest, cum in sacramen-
tis, tum in contractibus, & ultimis voluntariis, in quibus omni-
bus signatur talis series rerum, que sacramenta, contractus, &
testamenta ad quam perfectionem deducuntur.

Dupliciter est forma, alia substantialis, alia accidentalis.
Substantialis est, qua dat esse rei, accidentialis illud sup-
ponit, ob defectum enim formæ substantialis perit actus
substantialis: scilicet ob non seruatam formam accidentalem.
Exemplum virtutum formæ videri potest in matrimonio;
præfencia enim parochi, & tertiis requiritur, ut forma sub-
stantialis, quia illa deficiente, deficit contractus: deon-
tationes autem, & aliæ solemnitates Ecclesiastice non requi-
suntur, ut forma substantialis, sed tanquam accidentalis:
nam etiam non seruantur, adhuc perferunt scilicet, & in capitulo
proper, de elect., præficiunt forma substantialis, & acciden-
talis.

2 Tota ergo difficultas est, quomodo cognoscenda sit for-
ma substantialis, & distinguenda ab accidentiali? Et omisso variis
diciendi modis forma substantialis inducitur, quoties lex
dicit, hoc esse seruandum pro forma, quia tunc forma stat pro
famosiori significato, ac propiore pro forma, que dat esse rei: sic
doceat alios referent. Farin. 2. p. fragm. vbi de legi. 203. pag. 209.
vers. die primi. Secundum quando alias irritatur actus. Tertio si
loquuntur conditionaliter: sic Farinac. ex communis sententia.
Quarto quoies lex tribuit facultatem actus faciendo, & simul
modum præscribit, talis modus censetur inductus, ut subiecti-
onalis forma & probatur ex e. um dilecti. de rescript. venerabilis
inuncta gloss. de offic. deleg. quia censetur dans potestatem, dare

illam limitatam: hoc est, sub illa forma seruanda, & non aliæ,
& cum ex defectu potest actus rur, rur actus ob non ter-
ratam talen formam: & hoc est verum, etiam non apponatur
verbis clausula irritans: & ita tradit gloss. in Clem. de iure patron.
verbo intitulatis. Fclm. in eae parte, de confess. in princ. P. com.
ibid. 5. & probatur ex ipso textu, vbi Pontifex dedit facultatem
conferendi certas præbendas ex consilio Episcopi: & qua hoc
omissum fuit, declaratur collationem esse nullam. Thom. Sande.
lib. 5. De cas. 26. Suarez lib. 3. de leg. 6. 3. n. 6. & 32. num. 9.
Salas disp. 16. s. 9. ad fin. Farin. 2. p. fragm. vbi de legi. mnr. 204.
pag. 209. & n. 12. pag. 211. Bonac. disp. 1. q. 1. p. 1. p. 1. p. 7. & 5. n. 7.
Sylvest. verb. consilium. q. 3. Rodriguez tom. 2. q. regul. q. 45. n. 7.
2 fine. Sæc. verb. lex. n. 14.

Quod si habentis alias potestatem, signetur forma seruanda
non debet conferi irritus actus ob non seruatam formam, nisi à
lege ipsa irritare expresse: docent Doctores super relati moti à
contrario fundamento, quia talis actus procedit à potestate antea
habita, quæ non debet censeri restricta, nisi expresse de tali re-
strictione constet, non autem constat ex eo præcise, quod mande-
tur tenetis talis forma.

2 Hac doctrina limitanda est, ut non procedat, quando da-
tur potestas, & simul præcipitur forma apponi, qua de iure
communi non est accidentaliter, & non substantialiter, nam tunc
debet præsumi, ut subiectionalis expostulari. Exemplum est ma-
ifestum in contexta matrimonij: si enim alius des mandatum,
ut contulat duo nomine, praemissis denunciationibus,
ipse tamen omittat denunciationes, contractus legitimus est,
qua non conferit illam conditionem alio modo expostulata,
quam à iure expostulata est: cum autem à iure solum de fo-
lemoritate accidentaliter, & non substantialiter sit requirata, ut bene
probatur Sand. lib. 3. de matrimonio. disp. 5. efficitur facta, neque
a te alio modo expostulata, nisi clare explicet. Idem est si Sac-
cadori licentiam concedas afflendit matrimonio, diligenter exami-
natione præmissa, an sint contrahentes impedii, quia de iure in-
dicti talis inquisitio, ut forma accidentaliter: sic doceat Sand. ibi
n. 4. Bal. de Leon. lib. 5. de matrimonio. n. 6. Salas disp. 16. s. 9.
num. 39. vers. unde hec differentia. Farin. 2. p. fragm. vbi de legi.
n. 203. pag. 209. vers. epist. 7.

4 Hinc fit secundum Episcopum excommunicantem non ser-
uatam formam à iure requisita, cap. 1. de sententiæ excommunicatio, in 6. hoc
est, sine iurisprudencia, & sine explicatione causa, validè ex communi-
cate, illicite tamen, quia præcepto apponendi talen formam,
non conferit potestas restricta; sic glossa Salas. Bonac.
Suarez, Emmanuel Sæc. supra. Sanchez lib. 3. de matrimonio.
disp. 5. num. 4.

5 Fit secundum processum factum, in quo omissum est iura-
mentum, quod iudicibus prætandum erat in principio iuris,
iuxta l. rem non novam, c. de iudic. validum esse, ut ibi glossa no-
tar. & Saar. lib. 5. s. 21. n. 3. quia lex expostulans instrumentum il-
lud non testigavit potestatem iudicis, sed instruit, quid facere
debeat.

6 Fit tertio, si tibi habent potestatem audiendi confessiones,
præcipiat superior, ne audias scismaticum, aut mercatorum, nisi
expresse restrinxerit potestatem, integra tibi ad omnes perforas
menabit, et hoc iuste ut illa non possit respectu feminarum, &
mercatorum. Ita Salas fuit. n. 43. qui idem dicit de acquisitione
ludo prohibito, & de minoribus receptis à ministris iustitia,
qui non tenent ea in conscientia restituere, quia esto prohibi-
tecentur recipere, non tantum sub clausula irritante, & cum alij
habent potestem validè illa recipiendi, non debet censeri re-
stricta, nisi expresse constet.

7 Fit quartio, quid dicendum sit ad illam questionem, an
cum tibi datur potestas ad aliquem actum, & apponitur clau-
sula, ut sit de consilio aliquorum, si fecis facias, tenet fa-
cias?

Rеспundo iuxta supradicta, si aliunde non habes potesta-
tem, sed simili cum appositione illius clausula potestas conce-
ditur, magnum indicium est nullum esse actum, non petito con-
silio, et communis sententia Doctorum, ex cap. iam in vere-
ri. de elect. vbi irritatur electio ob omissum consilium: & idem
habetur in cap. non sit de his qua finit à prælator: ita Sylvest. con-
silium. q. 1. & 3. Panormitanus cap. ad Apofoliam. ad regula-
ribus circa finem. & cap. fin. de Ecclesiasticis. Azot. tom. 1.
disp. 12. s. 1. quæst. 3. Bonac. disp. 1. quæst. 3. punct. 4. §. 2. num. 3.
Molin. tract. 5. de inst. disp. 2. 1. n. 2. At si aliunde habent potesta-
tem mandatum consilium peti; ob illius omissionem non debet
conferi actus nullus: tenet Sylvest. supra, & Panorm. cap. ex
parte, de consilio. circa fin. Salas disp. 16. s. 9. n. 43. Ratio est,
quia tunc præsumuntur consilium mandari, ut recte actus pizze-
tit, non ut validus.

8 Fit quinto, quid dicendum sit quando statutum mandat
fieri aliquid certo loco, & tempore, un actus contra factus irri-
tus sit, & nullus.

Plures Doctores assertant nullum esse, quia inducit for-
man substantialis: sic Fclm. c. dilat. de scriptis. q. 3. ver-
sus. off. anum. signum. per texum in l. sive opere, & consequi-
ff. de excusat. tutorum. Bald. in authent. que supplicatio. prope fi-
m. C. de presibus Imperatori offerens. Roland. consil. 72. n. 7.
lib. 3.

lib. 3. tunc Tuscus verba forma, conclus. 4. pag. 14. n. 14. 15. 18. & sequuntur. At tenendum est generaliter loquendo, actum validum esse, nisi lex, aut statutum veterius procedat aquillando actum docente alii relatis Farinac. 2. par fragment. ubi de lege, n. 216 Suarez de legibus lib. 5. c. 25. n. 10. & 1. 28. n. 17. & 18. quia non intelligit circumspecta temporis, & loci ut forma apposita.

9. Adiutor quorū dudum est an forma inducta, si substantialis, vel accidentalis, praesumī debere substantiam prouidit si fauorem concineat: tradit Fatinacius num. 221. cum Mathelio fidel. 1. 30. & seqq. Roland. cor. 43. num. 13. lib. 2. & cons. 30. num. 1. & cons. 55. num. 26. lib. 3. Vantus in tract. de null. ubi quo & quibus modis nullitas in indicio proponatur, num. 52.

P V N C T V M X.

An lex irritans actum ipso iure indiget sententia, ut effectum fortior sit.

1. Si irritatio sucedat actu iam facto, ob omissionem forma accidentalis, non habet effectum, quousque à iudice declaratur.

2. Quando irritatio comitur actum, vel illum antecedit, & in odium transgredientis imponitur, probabile est non habere effectum ante sententiam.

3. Quodam diligenter notanda, quies declaratoria requiritur.

4. An lex irritans adum. v. g. testamentum, electionem ob non seruatam solemnitatem, aliquem habeat effectum in conscientia. Proponit primae sententia non habere, si nihil continet adum naturam irritantia.

5. Secunda sententia docet effectum habere.

6. Tertia distinguat inter actum publica potestatis, vel propria.

7. Propter secundam sententiam.

1. Dico primo, si irritatio sucedat actu iam facto ob non seruatam aliquam accidentalem conditionem, & censetur non habere effectum integrum, quousque à iudice declaratur: sicut diximus propter a lege imposita. Exempla sunt hæc: legi irritatio donato, vendito & alii actus, ex quibus gabella non solutum quia unus actus præsupponatur sic facti, & sine villa legis solitudo; irritatio vero postea subsequens pena est in odium delicti commissi. Ergo debet sequi naturalam legi penalitatem, quae indiget sententia alienum declaratoria. opinio: & ita ut probabile defert Suarez lib. 5. c. 32. n. 2. & 3. Sanchez lib. 3. de maxim. de p. 4. num. 9. Farinac. 2. p. fragm. ubi de lege, num. 102. pag. mibi 196. datius 157. 160. 161. & 212. pag. 213.

2. Dico secundo quando irritatio comitur actum seu illum antecedit, & imponitur ob solam legis prohibitionem, & in odium transgredientis, probabile erit ad indigere sententia declaratoria, docet Suar. supr. num. 5. & indicat Sanchez num. 9. & Farinac. locis citatis, & probatur videtur ex cap. si religiosus, de let. in 6. ibi & in parum propositum illius electio endem viribus vacauerit. Idem habetur in capitulo; de his quae sunt de Prelato.

Recipiens est contractus incapax irritacionis, si semel validus fuit, hic enim statim irritus sit eti in parum apponatur irritatio, constat in matrimonio prohibito ei qui cognovit consanguineum uxoris, vel communis adulterium sub promissione coniugii, vel mortem intulit uxori animo docendi concubinam? quibus eti in parum delicti commissi irritatio fuit, sicum habet effectum, cum matrimonium attentatur, quia alio tempore habere non potest & tradit Sanchez lib. 3. de max. & 4. fine.

3. Advertendum tamen est ex Farinac. num. 167. quies declaratoria requiritur ad executionem penae impositæ ipso iure, etiandem esse desiderantem, ut peina ex curationi mandatiposse, confessit Clarius in practic. & fin. quest. 31. n. 1. vers. item ad. Tuscus verbo declaratio, conclus. 36. n. 3. & 198. n. 62. Ratio esse potest quia illa declaratio est actus iudicii, & sententiae, qui ea citatione fieri non potest.

Secundo adiutor cum codem Fatinac. Tusc. & aliis ab hismodi declaratione dari appellationem, quia nihil est, quod obter. Excipe: nisi factum esset notoriu vel periculum in mora: sic Felin. in c. 2. de sponsalibus, n. 4. & in cap. Rodolphus n. 43. de rescriptis.

4. Difficilias autem est an in contractibus, & electionibus que irritari possint per sententiam, eti à principio valida sunt, lex requirit aliquam solemnitatem, & addat verba irritantia, omisso illius solemnitatis & conditionis reddat actum nullum in conscientia vel tantum in foro externo, & medianre iudicis sententia. Exemplum est in testamento minus solemnissimum leges institutæ, cap. eum. effes. de testam. I. hac consultissima C. qui testamenta facere possunt. Item in electione facta sine conditio, de Castro Sum. Mor. Pars I

sensu Capituli, & in alienatione rerum Ecclesiæ. In qua te ius unio plures sententias.

Prima affirmat: si actus nihil contineat contra naturalem iustitiam & securitatem, esse ipso iure validum, quounque refutatur, quia lex irritans illum fundatur in falsa presumptione, qua prout electionem esse alicuius indigni, alienationem in damnum esse Ecclesia, haretatem fraudulenter esse retulam. Si ergo electio est digna & alienatio, edidit in utilitatem Ecclesie, & in testamento nulla est fraus commissa, credibile videret legem nolle talen actionem irritare: ita docet Nauar. multis relatis comment. de alienatione rerum Ecclesiasticarum, notab. 11. num. 19. & comment. de spoliis n. 6. Anton. in c. quia plerique de immunitate Ecclesiastarum & ibi Panorm. in cap. 1. de confirm. ubi Felinus. Innocent. in cap. quia proprius de electi & Archid. reg. beneficium de regulis iuris in 6. confitit. Constat. cap. cum esse, de testamento n. 5. & quousque de testamento cum heretici constat de liberta voluntate testatoris posse, inquam, in conscientia heretici accepere, & retinere, quounque heretibus ab intestato applicetur à iudice, idem docet Medina C. de restit. num. 23. fine.

Secunda sententia docet huiusmodi leges irritantes statim fortiori suum effectum neque indigere sententia aliqua. sic Salas disp. 16. set. 9. circa finem. Suar. alios adducens lib. 5. cap. 34. n. 3. Monstrat quis causa irritationis harum legum, non est fraus vel dolus qui in singulis casibus interuenit, sed illum periculum, quod ad illi communiter recognoscitur. Quæratio semper subtilis, etiam in aliquo casu particulari nulla frustra, nec dolus intercessit.

3. Tertia sententia distinguat inter actus factos virtute publica potestatis & inter actus factos virtute potestatis propriæ & domini. Actus publicæ potestatis vocat electionem Prelati, alienationem rerum Ecclesiæ: actus priuare potestatis, & domini institutionem hereditis in testamento, venditionem, & alienationem propriatum rerum. Si actus sit publicæ potestatis, certa haec sententia ipso facto esse irritos, si lex irritos esse decernat, neque indigere sententia quia cum eorum valor à publicæ potestate pendeat, & haec potestis media legi iure illi resistat, si non fuerit talis conditio, & forma, ab aliore actus nullus est censendus. At si actus à priuata potestate pendeat, non debet certi irritus in conscientia, ex eo solum quod lex irritum esse decernat, qui bono communis per legem intento sufficiens factis sit reddant irriti accedente intentione.

7. Inter has sententias secunda mihi magis probatur. Existimo enim Principem media sua lege habere efficaciam inhabilitandi personam ad donandum, & contrahendum alia forma quam ipsi praescribit, quia hoc pertinet ad commune bonum: quare si hanc intentionem sufficiens explicet, sine dubio habebit effectum, & irritam reddet donationem. Advertenda tamē sunt verba legis & rigorosè penitanda, an reddant actum nullum in se; an solum in favorem alicuius partis, an solum reddant actum nullum in exteriori foro hoc est ne ex illo aliquid in iudicio vel extra probari possit: Si verba legis irritant actum in favorem viri qui contrahentis, etrum existimo habere vim nulla expedita sententias vero in favorem alicuius, ut contingat in alienatione rerum Ecclesiæ, & minoris, & coventante Ecclesiæ, & minores contractus dissolutor.

Tandem potest fieri irritatio solum quoad probationem externam & si item facienda. vii dicit Molin. tom. I. de iust. disp. 81. pag. 297. vers. in hac gravi, & difficulti. & Suarez lib. 5. de legibus. & cap. 32. n. 6. & 7. circa fin. contingere in testamentis. Affirmant namque testamenta minus solemnis non esse invalida, ita legi quad naturali obligationem sed solum quad ciuilis & forum exteriori: quapropter concludunt heretici si institutum posse resistere hereditatem, dum non exigunt ab eo; attamen si per iudicem applicetur herediti ab intestato qui certe id expulsum potest, extinguens ipso ius hereditatis instituti, quia ob commune bonum lex habere potest hanc efficaciam, auferendi ab uno dominum & applicandi alteri. Sed haec latius cum de testamentis fuerit sermo.

P V N C T V M XI.

An lex eo ipso, quo irritat actum prohibeat in conscientia illius executionem.

- 1 Lex irritans actum, non prohibet illius executionem formaliter.
- 2 Proponit obiectio & solvit.
- 3 Quid dicendum de irritatione facta in favorem alicuius.
- 4 Cum lege irritante saepe proposita coniungitur.

I Respondeo ex eo praesic quod lex irritat actum, non prohibet illius executionem: quia irritatio est effectus distinctus ab obligatione. Exemplis res declaratur. Maximus, & profecto irritantur, si sunt gravi metu & tamen non peccat sic contrahens ex communis lenitatem, ratione enim metus excolatur a peccato. Item testamentum conditum sine de causa solemnitate est irritum: & tamen sic condens nos vide-

M. tur

DE
ASTRO
PALADU
TOM.

ELI

Tunc peccare quia nulli facit iniuriam non instituto, poterat enim illum praetermittere, non hateribus ab incestato sequi-
dum nullam illis obligacionem habet: Ergo vitetur iure suo li-
bre de propriis bonis disponens. Neque obstat ex illo acta
aliquam deceptionem, aut iniuriam oriri, quia hoc est per
accidens quod sufficitur honestari potest, si ob rescedendas
iniquas, querelas importunas preces, & vexationes ita dispo-
nascit tenet Salas *disput. 16. sect. 6.* Suarez lib. 5. c. 20. *principia*
nun. 8. & 11.

2 Dices, si contaheres matrimonium clandestine, & pro-
fessionem sine debita forma faceres, peccates grauius, et si fo-
lum efficit decretum irritans: Ergo sufficit irritatio actus, &
prohibitionem inducat.

Respondeo distinguendo conseqüens, sufficit irritatio actus
ut prohibitionem inducat per ipsam legem, nego. At si aliunde
ex lege ipsa naturali oritur prohibitio, translat. In supradictis
casibus de matrimonio, clandestino & professione sine debita
forma nascitur prohibitio ex lege ipsa naturali, qua tenebris
actus pertinentes ad religionem & iustitiam valide praefatae,
nisi aliqualegitima causa excusat.

3 Item si irritatio facta est in favorem aliquius cui favori
ipse cedere potest, non peccat inuidie actum faciens: sic filia
renuncians hereditati paternae contenta dote non peccat, et si inuidie
renunciatur. Vxore alienans fundum dotalem cum licen-
tia mariti, quia haec irritations non sunt absolutae, sed dependent
ab ipsius possum enim iuramento illas fitare. Ergo non
sunt censendae peccatae in tali renunciatione, & alienatione; &
ita tradit Salas *n. 8. Suarez disput. n. 11.*

4 Dixi in principio legem irritantem actum non prohibe-
re illius executionem ex eo praeceps quod irritans sit ut aduer-
teres saepe cum lege irritante coniungit prohibitionem, quod
cum ex verbis legis, tum ex materia colligendum est. Si enim
verba sunt præceptiva, directa ad petitiones, claram est esse le-
gem præcepientem: si autem materia non sit exercitata à lege, ut
in ipsius odium irritatio sit, tunc certè præceptum de illa vi-
tanda intelligendum est adesse, quod opum explicit Suarez
lib. de legibus, cap. 20. n. 10. sic enim (inquit) lex irritans collig-
ationem beneficij per confundantem in conscientia prohibet illa-
lam; & lex irritans electionem religiosi ad Epilicopatum acce-
ptatum sine licentia sui prælati, prohibet talenm acceptationem:
sic etiam tertia legata, dum irritantur in odium scribentes,
probantur, ut latenter prohibita esse supponantur, in *Lurupia, p.
de legar. I.*

P N C T V M XII.

Quibus modis irritatio impediiri possit.

- 1 Siferenda sit à iudice omnibus illis modis impeditur, quibus
impeditur sententia.
- 2 Si inquis modis impeditus irritationis sententiam, probabilitus
tenet Suarez te obligatum esse rescidere: tamē si non
condemneris.
- 3 Quae debentur upondi nostram sententiam.
- 4 Tenoris contractum rescidere, si per actionem iniusta aduer-
sus emporem impedit resciditionem.
- 5 Secus si per actionem iniustum aduersus iudicium,
- 6 Quid dicendum in casu beneficii à te posse, cuius collatio
irritari potest.
- 7 Irritatio ipso iure imposta in penam delicti commissi, cessante
delicto cessat.
- 8 Secus ob irritationem ob bonum publicum, que nulla ratione
etiam ob ignorantiam impeditur.
- 9 Irritatio in favorem priuatae personæ, illa renunciante, cessat

1 R eucanda est in memoriam distinctio supradicta de irri-
tatione ipso facto, & incurrienda per iudicem. Si irrita-
tio sit ferenda à iudice, impediti omnibus illis modis potest,
quibus potest impediti aliqua sententia; cum enim haec dari
non possit nisi causa probata, & saepe probationes deficitur, haec
via optimè impedita potest irritatio.

2 Difficiliter autem est, si hunc defectum probationis
iniquus modus obtineat, feliciter iacuendo merum part. lxx, &
ne rescidionem intenteret, vel si intentat negas, veritatem, aut
subornas iudicem aut falsos testes inducis, an tunc tenebris in
conscientia contractus rescidere, etiam si iudice non fuerit
inititatus?

Suarez lib. 5. *disput. 21.* probabilitus existimat te teneti. Probat
quia per iustitiam impediti, ne rescidenderetur contractus;
Ergo obligatis illum rescidere, cum possit, & confirmat: nam
vel tenebris restituere aliquid actori eo quod impediti actus
rescidionem, vel non? Dicere autem te nihil restituere esse
obligatum affirmat esse incredibile: si autem obligatus es
aliquid restituere, necessario dicendum est: et si obligatum
restituere non ipsam & contractum dissoluere, quia alia re-
compensatio non est facienda, cum debitum restituere potest in
propria specie.

3 Verum ut meam sententiam pronuntiem, suppono haec
naturæ te obligatum non esse rescidere contractum, sed fo-
lum reparare damnum factum, v.g. vendidisti rem ultra dimi-
dium iusti pretii, teneris inquam, utre saturæ reddere empro-
ri patrem illam pretij in qua excessi iustitia exigitatem, &
infuper damna si aliqua evenerunt ex dilatione huius restitu-
tionis. Ad tem autem reddendam nunquam tenebis nisi posita
sententia & applicatione iudicis, qui valet rescidere contra-
ctum in penam excessus & iniustitiae commissæ; emptor autem
iustus non habet recuperandi rem nisi adveniente sententia &
applicatione iudicis.

Secundo suppono duplice te posse impetrare hanc irrita-
tionem, vel per actionem iniustam aduersus emptorem, vel
per actionem iniustam aduersus iudicium, actio iniusta aduers-
us emptorem est, si dolo, vi, metu, & fraude emptorem deti-
nas, ne contractus rescidionem procure, vel iudicem impedi-
das, ne sententiam pronuncieret. Actio vero iniusta aduersus iu-
dicium est si interrogatus in iudicio negas veritatem ad idem
reducere potest si precibus aut donis absque aliqua vi iudicem
per rescidionem faciat, his ergo positis.

4 Dico primo si per actionem iniustam aduersus empto-
rem impedit rescidionem contractus, teneris contractum
rescidere, quia damna quæ ex iniustitia facta alicui obveniunt
debent reparari. Item emptor, & qualibet alius habet ius à
natura concessum: si iniustus impeditatur à conseqüentia lega-
ti, hereditatis, muneri, vel alterius cuiusque beneficij: qua
ratione dicunt communiter Doctores, te teneri ad restitu-
tionem, si vi, vel fraude impedit alicui legatum, quod defun-
ctus intendebat tenuique. Nam sicut ad legatum non habet
ille ius nullum in re luppolita declaratione voluntatis defuncti
habet ius ne illi hæc declaratio iniustus impeditur. Ita simili-
ter in presenti dicendum est neminem habere ius ad resci-
dionem contractus validi, nisi suppedita sententia iudicis: quia
tamē habet ius, ne iniustus habeat sententia ibi impeditur.
Ideo si illam impedit obligatus ex iniustia reparare: & cum
possit rescidendo contractum integrè reparare, ad eius resci-
dionem teneris, & hæc doctrina non solum habet verum in
rescidionem contractus, sed etiam in qualibet pena applicanda
actorum sicut actor non habet ius ad penam, nisi luppolita
sententia, & applicatione iudicis habet tamen ius, ne iniustus
impedit talis applicatio.

5 Dico secundo, si per actionem iniustam aduersus iudicium
impedit contractus rescidionem non teneris rescidere.
sic videtur sententia Nauari, *cap. 18. n. 48.* & Valquez de *legibus*,
disput. 17. cap. 2. quatenus affirmant nullum suum obligatum,
ad resciditionem penam debite post condemnationem
etiam inique & iniusta impedit probo, quia tunc non com-
mittis iniustitiam aduersus emptorem, quia amptio ante sen-
tentiam non habet ius iustitia. Vi sibi pretium reddatur, sed
solum haberius à legi illud intendandi, & procurandi. Ergo
cum in iudicio negas veritatem, non committis iniustiam
aduersus emptorem, quia ipse emptor non habet ius iustitia
vi in iudicio veritatem manifestes: hoc enim ius omni poterat
ex eo quod haberet ius iustitia ad rescidendum contractum
at hoc non habet ante sententiam, sed solum haberet ius ad pro-
curandum, quod etiā ius legale. Ergo nulla iniustitia aduersus
emptorem commititur, ac proinde nulla est obligatio re-
parandi. Confirmo. Si denunciatori delinqutens applicanda est
aliqua pecunia per denunciationem factam, & tu impeditas il-
lius conseqüentem communior sententia quam etiam appro-
bat Suarez lib. 5. *cap. 21. n. 7.* teneri non esse obligatum, quia
ipse non habet ius iustitia ad penam antecedenter ad iudicis
applicationem: sed similiter emptor non habet ius iustitia ad
rescidionem contractus, nisi applicatione facta. Ergo. Ad in-
tentandam item & procurandam penam applicationem à le-
ge habet ius denunciator, sicuti habet emptor ad resci-
dendum contractum, sed hoc ius non præstat negationem verita-
tis in iudicio esse contra iustitiam communiam. Ergo. Ne-
que etiam ius quod habet emptor ad contractus rescidionem:
nam quod vnum ius concessum sit ob bonum commune re-
publicæ, alia ob speciale partis lxx, accidentarium est, si
vtrumque ius est eiuldem rationis, talius legalis.

6 Ex quo inferendum est, si conseqüatur fuisse beneficium
validè sive per aliquam rescidionem, sive per ordinari pro-
missionem: & alius quia cognovit aliquam defectum, ratione
cuius cassati electio potest, intentat cassationem: tu vero ne-
gando veritatem in iudicio, vel alia via, quæ non sit actio in-
iuriaria impedita irritationem non tenetis ad nullam rescidio-
nem, quia nullam iniustitiam aduersus procurantem irritationem
committis: illa enim irritationem tanquam lex penaliam iudi-
canda est: sic docet Suarez, de beneficio non per rescidionem
acquisito, sed vacanti absolute, & ab ordinato tibi
concesso.

7 Restat loqui de irritatione ipso iure imposta. Suppono
ex sepe dictis hanc irritationem imponere posse, vel in pen-
nam delicti committi, vel in favorem reipublicæ aut membro-
rum eius. Si irritationem impositam est in penam delicti commissi,
quacunque via delictum excusat, excludatur irritationis, quia
celata

cessante adaequata causa legis, debet cessare lex. Cum ergo adaequata causa sit culpa, & haec cesset, cessabit irritatio: & ita doceat alios referens Suarez lib. 5. de legibus. cap. 22. n. 3. Difficilis autem est, an ignorantia irritatiois penaliter excusat ab illa incautio, si dilectum, cui est annexa, commissum est. Huic difficultate, fatiscimus, cum de ignorantia peccata constituta per legem loquuntur sumus; ibi enim, ut probabile, defendimus non coartati opinionem.

Si autem de lege irritante ob bonum communum loquuntur, qualis est illa, quae testamentis, electionibus, matrimonio contrahendo formam praestribit, ob nullam viam, accepit ob ignorantiam, neque ob vigorem aliam causam, impedita irritatio potest, quia effectus irritatiois a sola lege caufatur, & cum illa de le efficacis sit operari talem effectum, non potest a subtilitate impediri. Constat, quia actus non potest habere voluntatem, nisi ex voluntate legislatoris: at legislator resiliit valoris, quando non seruat forma ab eo prescripta. Ergo, Neque oblati legem humaram cum graui detimento non obligare; quia lex non obligat ad irritacionem, sed illam imponit: & ita tenet cum communis sententia Sanchez pueris referens lib. 3. de matrimonio. disp. 17. num. 10. Gutierrez de marim. cap. 61. n. 7. Salas disp. 16. sec. 3. Suarez lib. 5. disp. 22. à n. 4. Nauarri. cap. 3. à num. 44. Bonacina disp. 1. quest. 1. punct. 7. num. 12. Henrici. lib. 11. cap. 5. num. 5. Contarium huius conclusioi videatur tenete Tiraquel, alias referens de legib. conubialib. glossa 6. num. 34. Alderan. Mafcard. de generalib. statutis interpretand. cap. 9. n. 7. 8. Fatinac. citan. plures 2. pars fragment. verb. lib. 11. n. 22. & 22. dicunt enim necessitatibus compulso non implete formam praescripitione, non viciare obinde actum, sed si cuncte esse, ex precepta, inquam, voluntate legislatoris non tenet in eo causa obligeare. At haec doctrina vera esse non potest, nisi cum irritatio sit in pena, vel est irritatio ferenda per iudicium, & non ipso facto.

Quod si lex non absolutè irritat actum, sed in fauorem aliquius private petione: tunc certum est irritatioem impedit possit ipsa persona renunciare, ex cap. ad Apofolicanum, de regulis. & ex his, quia tunc lex non intendit caufare irritatioem, nisi in quantum alieci commodum fuerit. Quia ratione contractus pupilli sine autoritate tutoris & religiosis fine licenta Prelati, effo irriti finit, si tamen cedant in utilitate pupilli, & religionis, debent valere: quia in eorum speciatione fauorem irrita decernuntur, & quod in fauorem aliquius introductum est, non debet in eius dispendium retorqueri ex regul. 61. de regulis iuris, in 6. sic docuit Nauarri. comment. 2. de regularib. num. 32. Salas disp. 16. sec. 3. fine. Suarez lib. 5. cap. 33. num. 7.

PUNCTVM XIII.

An omissione lenis formae substantialis redditur irritatum actum.

1. Verba sunt Doctorum placita.
2. Dicendum est lenissimam formam substantialis omissionem reddere actum nullum.
3. Forma ad unguem est specificè seruanda.

Varia sunt placita Doctorum, vt videat est apud Suarez lib. 5. cap. 32. n. 8. Bonacina disp. 1. quest. 1. punct. 7. n. 1. Molinam de iustitia. disp. 81. in fine & Molin. de primis. lib. 2. cap. 6. n. 3. Azor. i. part. lib. 5. cap. 28. vñf. animaduertendum. Greg. Lopez in l. 5. tr. 6. p. 6. Salas de leg. cap. 2. 1. seft. 3. vers. de simiquastra. Alij affirmant leuem formae substantialis omissione irritatum actum, sic Suarez, & aliij. Alij negant, vñc que Satis. Molina. Bonacina, & aliij.

Dicendum tamen est wideri implicatum dati leuem omissionem formae substantialis: nam si aliquid formae substantialis constituit, vel illud quod omittitur pertinet ad substantialiem formam actus, vel non: si non, iam non est pars formae substantialis, & de illo non est quaestio: si autem pertinet ad substantialiem formam, implicat sine illo substantialem formam esse, & consequenter actum, qui ex illa constituitur: ac proinde non est leuis, sed graui omisso, probatur efficiatur ex lib. eom. bi. §. praefer. ff. de translatiōnib. vbi translatio censetur nulla, si non de omnibus inquisitur, que oratio mandat, hoc est, de cauſis, de modo, & de personis, quamvis de quibusdam quæsicerit. Adde vix posse contrarium opiniones affligere, quae formae substantialis leuis omisso sit: nam in sacramentis omissione vñlitter, si murat lensum, non est leuis omisso: in testamento, & in contracta matrimonij omisso vñlitter testis, non reputatur leuis omisso: in inquisitione, si non praecedat infamia, & sic de aliis. Quæ ergo signat potest leuis omisso? ergo non est concedenda, & sic itadic plures referens Fatinac. 2. pars fragment. vbi de lege. pag. 210. n. 2. 08. Tulus verbo forma, conclus. 415. n. 13. & 411. n. 7.

Ex hac doctrina si primò, formam ad unguem, & vt faciat, excepti debet, neque ei aliquid addi, aut minui potest.

Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars I.

qui corrut actus: sic Cardin. Tulus verbo forma, concil. 415. Tiraquellus de retratu lignag. §. 1. glossa 11. lib. n. 11. & de retratu conventionali. §. 4. glossa 6. sub n. 31. Fatinac. 2. pars fragment. vbi de lege. num. 214. Alderan. Mafcard. de generalib. statut. interpret. concil. 9. n. 6.

Fecundò, quando lex, seu statutum aliquid pro forma exigit, illa specificè adimplenda est, & non sufficit per aequipollens, tradit Roland. cons. 30. n. 4. lib. 3. & consil. 72. n. 54. & seqq. Alderan. Mafcard. suprà n. 62. Fatinacius n. 109. Tulus verbo forma, conclus. 415.

PUNCTVM XIV.

An lex irritans incipiat habere effectum à puncto publicationis.

1. Proponitur ratio dubitandi.
2. Resolutio ante tempus publicationis non habere effectum, nisi expressis verbis declaretur.

Ratio dubitandi est: quia huiusmodi effectus à sola lege emanat, affectique ignorantias. Ergo optimè potest à puncto publicationis causari. Et constimo. Lex prohibens concedit tempus subdit post ciui publicationem; quia obligationem illis inducit, quam obligationem subire non possunt, sine eius notitia: at lex quatenus est irritans, nullam subditis inducit obligationem, sed tendit ad annulandum actum, sive scienter, sive ignorantiae fiat. Ergo ex eo puncto, in quo lex constituta est, potest irritare; & ita de legibus canonici sententia Nauarri. ea. 23. n. 44. & lib. 3. consil. 3. deregularib. consil. 3. n. 5. Menoch. de arbitrio. lib. 2. cent. 1. casu 185. n. 2. Sylvestri. verbo lexe. quest. 6. dist. 3. & alij pueris relati à Suarez lib. 5. de legib. 2. pars. fragment. verbo confutatio. num. 672.

Dicendum tamen est nullam legem ciuilem, aut canonicas irritare actum antequam transeat tempus, in quo possit obligationem inducere, nisi id expressis, & manifestis verbis legitimis declarerit. Probo, quia ante illud tempus non censetur sufficienter applicata lex, vt in notitiā subditorum deueniat, sed irritare actum, antequam possit in subditorum notitiā deuenire, obstat redit gubernationi: quid enim magis contariaria recte gubernationi esse potest, quam existimare subditos se validè contrahere, cum tamen invalidē contrahant: sequentur enim ex hoc non leuis incommoda, vt de le pater. Ergo Dixi, nisi id manifestis verbis legislator declarerit: nam tunc procedit ratio dubitandi facta, in qua probatur hunc effectum irritatiois non pendere à notitia subditorum, sed à lege caufari, ac proinde posse ipsam legem, eo ipso, quo est constituta illum efficere: sic Sanchez, & Suarez suprà.

PUNCTVM XV.

Quando pena imposta actui, efficiat invalidum, quando non.

1. Pena imposta actui, qui non obstante probatione fieri validus potest, non efficit invalidum.
2. Contrahentes matrimonium clandestinum invalidum, non contrahentes penas iure antiquo latas.
3. Prelatus excommunicans nulliter, non contrahit penam suspensionis, cap. 1. de sententi. excommunicat. in 6.
4. Pena imposta actui invalidum, invalidum facit.
5. Debet tamen esse invalidum ex illa ratione, qua imponitur pena.

Respondeo consideranda esse verba legis: si enim lex puniat actum, qui valide fieri potest, non obstante probatione, non incurrit pena ob actum invalidum. Et ratio est, quia non censetur tunc prohiberi illa lege actus invalidus sed validus. Nominis actus, non venit regulariter intelligendus actus nullus, sed verus, vt probat Tiraquellus de retratu lignag. §. 1. g. 2. num. 4. & 6. & lib. boues, §. hoc sermone, tota limit. 1. ff. de verbis significat. etaphys. de prisaligis iuramentis. prisuleg. 7. fine quia idem est non esse, & esse nullum, lib. duo sunt trii, ff. de testamentis. usq. & ita tenet alios referens Suarez lib. 5. cap. 34. numer. 13. Sanchez lib. 3. de matrim. dispu. 2. num. 2. & 5.

Ex que infero primò contrahentes matrimonium clandestinum invalidum, non incurrit penas latas ab antiquo iure contra celebrantes matrimonio clandestina, quia illæ exant la: & contra celebrantes matrimonio clandestina valida, non invalida, vt constat ex verbis Concilij (ff. 24. cap. 2). vbi reddit rationem, quare irritauerit matrimonio clandestina antiquitus valida, quia ex illis ad alias nuptias transibant, & in perpetuo concubinatu vivebant. Supponebat ergo Concilium esse valida matrimonia. Ergo ob invalida matrimonio non

M. a. imponuntur

DE
ASTRO
PALAU
TOM.

imponuntur ille pœnae, sic Sanchez alios referens num. 5. Suarez num. 12.

3 Secundum inferre possumus Prelatos sola voce, & non scriptis excommunicantes contra cap. 1. de sententi. excommunicanti. in. 6. non contrahere suspensionem illo cap. impositam, si excommunicatio aliunde fuit nulla; vel si de facto non habuit effectum; eo quod subditas appellauit, aut patuit mandato s; quia tunc Prelatus non commisit actum, cui est annexa suspensio; si penitus enim non cuicunque excommunicationis sed excommunicationis latet fuit imposta: non enim est lata excommunicationis, quoque aliquis illam, contrahat, est renatur; & ita tener Sanchez lib. 3. de mariti. disp. 2. num. 5. cum Lupo all. gat. 73. de sententi. excommunicant. paulo post print. vers. sed de secundo.

4 Quod si pena imposta sit actu alias inualido, vel qui fit inuidius lege illa, que pœnam imponit, tunc ob actionem inuidius contrahitur pena: sic Sanchez, Suarez, & alii supradicti relati. Ratio est manifesta, quia tunc solum factum, & deputatum animum intendit lex punire, non iuris effectum, vel, ut clarus dicunt, intendit lex punire attentionem: actus, non ipsum actum verum. Quapropter si aliqua via excusat nullitas actus, pœnae haec cuitabuntur, quia non est factum id, cui pena annexa.

5 Limitat autem Suarez num. 10. hanc doctrinam, in casu, quo actus non sit alias inuidius, nisi ob causam, quæ à legi punitur. Nam si unde inuidius est, affirmat non contrahiri penas imposta: hac ratione excludit emphyteutam, qui inconsolabilis dominus vendit, ut non cadat in commissum, si venditatio alias nulla sit. Item exculpt Notarium conscientie instrumentum faltum, ut non cadat in penas faltorum imposta, si instrumentum ex alio capite nullum sit. Idem est de rebaptizante, si de facto primus Baptismus nullus existit, non contrahere penas rebaptizantis imposta: quia tunc re vera non est rebaptizatio: est ipse ex conscientia criminis sic esse existimer. Idem est de subente secundo, si ex alio capite nullum sit secundum matrimonium, vel primum fuctus nullum. Ratio omnium est, quia cum haec leges sint penales, & odiosas, stricte sunt interpretandæ. Placeat hæc tenetia.

P N C T V M XVI.

Quando lex censeatur pœnam imponere
ipso iure.

- 1 Non consetur imponere, cum loquuntur per verba indifference.
- 2 Aliqui limitant in pena infamia, sed repellunt limitatio.
- 3 Secundus impingit, si duplicit constitutione idem esset statutum sed non approbat.
- 4 Tertiū limitant in constitutione verbi geminatis prolatu.
- 5 Lex pœnam imponens sub verbis de presenti, intelligitur, ipso iure.
- 6 Inducit nullitatem omnibus subsequentibus.
- 7 Si sub verbis imperatibus directis in indicem feratur, non censetur pœna ipso iure imposta; scilicet si directa sit in reum speciali aliqua circumstancia.

Dico primo, quies lex per verba indifference pœnam imponit, non censetur pœna ipso iure imposta esse, sed per sententiam imponenda, quia leges pœnam imponentes in minorem partem sunt interpretandas; ita Cardin. Tulus practie, conclus. verba. pœna. canulas. 138. n. 4. & in verbo. privatus. conclus. 719. n. 7. Suarez lib. 5. de legibus. cap. 6. n. 2. & cap. 7. num. 5. Salas de legibus. disp. 1. & seq. 6. n. 79. Fatinacius fragm. crim. 2. p. verb. lex. n. 59. pag. mibi. 189.

Ex quo sit, si statutum intendat aliquid fieri sub pœna capitatis, item exilio, excommunicationis privationis honorum, &c. non incurri has pœnas, nisi adveniat sententia: sic Tulus supra Suarez cap. 6. n. 4. Salas sect. 4. n. 4. & seq. 3. n. 77. Tiraquelus in l. si vnguam. C. de revocand. donat. verbo reveratur. n. 254. Fatinacius num. 69.

2 Limitant aliqui supradictam conclusionem in pena infamia, que non ab homine, sed à lege imponitur. At, ut opinione expedit Suarez lib. 5. cap. 6. n. 17. & seq. & Salas disp. 15. seq. 6. n. 77. ad finem & Vasquez disp. 73. cap. 1. non semper de dicto annera est: & dato esse annexum aliqui delicto, & illo coniuncto incurri. Indiger sententia declaratoria criminis, scilicet vero est de propria irregularitate, quæ nunquam ab homine sed à iure imponitur; contentit Fatinacius num. 77. & num. 85.

3 Limitant secundo, nisi duplicit constitutione idem esset statutum; tunc enim affirmant, ne iustitia sit, & iniurias constitutio pœnam ipso iure imponere, etiam per verba de futuro, que indifference procedat, & verba extrahi à propria significacione, tradit plures referentes Tiraquelus, in l. si vnguam. C. de revocand. donat. verbo reveratur. n. 34. 35. 44. 45. & videatur contentire Fatinacius num. 90. 91. & aliquantulum Suarez

lib. 4. 6. num. 14. & 15. quatenus dicit servandam legem, & si non addat penam ipso iure, possit aliquem effectum habere specialem, si prima lex in deficiendam venit. Sed tunc iam non esset secunda lex, sed prima si prima non obligat. At ex sola geminata constitutione efficac argumentum non defumitur, cum possit ob maiorem rei observationem, & recommendationem pluribus constitutionibus idem mandari.

4 Limitant tertio, nisi verbis geminatis constitutio procederet; tunc enim & annulationem actus, & penam ipso iure incurrit, tradunt communiter scribentes: ut videtur est apud Tiraquel. num. 64. Fatinacius n. 71. Tulus pratice conclus. 719. n. 12. At si ratione inherentem est, non videtur haec geminata sufficere, ut defendit Suarez lib. 5. de legis. cap. 6. num. 12. Salas num. 7.

5 Dico secundum, lex pœnam imponens sub verbis de praestantium praeteriti temporis, intelligitur ipso iure; ut si dicat: Excommunicatus, suspensus, priuatus sit, non tenet, nullius sit roboris, nullius momenti; sic docet innumerous referentes Fatinacius n. 73. & 74. contentit Tiraquel. Tulus, Francisc. Suarez, Salas & alii. Facto tamen haec verba sepe futurum tempus significare. Quapropter si aliqua via excusat nullitas actus, pœnae haec cuitabuntur, quia non est factum id, cui pœna annexa.

6 Ex hac conclusione infer Fatinac. n. 83. cum Tiraquel. in l. si vnguam. C. de revocand. donat. verbo reveratur. n. 21. & seqq. Cardin. Tulus. conclus. 729. n. 26. & 27. & alii. si per statutum, aut sententiam aliqui denegantur iudicio: ut si dicat, non audiatur bannitus, aut excommunicatus sit, inducere nullitatem ipso iure in omnibus gefis per ipsum. Et idem est, si statutum praefigat terminum ad probationem aliquam faciendum, & transacto termino iubeat, ut non audiatur, audi non potest, neque admitti ad probandum: & omnes probationes transacto illo termino esse nullas.

7 Excipe tamen ab hac conclusione legem, quæ fertur per verba imperatuum modi directa in iudicem: ut si dicat lex. Person si hoc fecerit, excommunicatur, priuatur, deponatur interdictatur, spoliatur, abiciatur, & pollatur; tunc enim non contrahitur pœna ipso iure, sed est ferenda per iudicem, illa enim, lego non obligatur reus, sed iudex instruatur quid debeat facere cum reo, si tale delictum commiserit; sic docet cum communis Salas disp. 16. sect. 3. num. 4. & seq. 6. n. 78. conclus. 3. Tulus verbo priuatio, conclus. 719. n. 13. Fatinac. 2. part. fragm. etim. verbo lex. pag. 19. num. 67. & facit, quod dicit num. 78. & num. 13. & seqq. At si verba sunt directa ad tecum, ut amittaris, careat iure, perdat, incidat in excommunicationem, subiectat excommunicationi, censenda sunt in pœnam ipso iure, contahere, praeterire, si addatur aliqua ex illo est particularis, mox, incontinenti, statim illico, ex tunc, ostinatio, proutius & similia. Sic Salas de leg. disp. 15. sect. 6. num. 78. Et quidem de excommunicatione pœna illis verbis additis certum existimo. De priuatione iuris quicunque non probbo, ut recte probat Tiraquelus in l. si vnguam. C. de revocandis donis. verbo reveratur. n. 151. Fatinac. 2. part. fragm. etim. verbo lex. pag. 199. & num. 125.

P N C T V M XVII.

Quæ sint verba, quibus lex censeatur nullificare
actum, aut pœnam imponere.

- 1 Si verbis expressis irritatio fiat, nulla est dubitatio.
- 2 Quid de verbis, nullius sit momenti, nullius valoris, & efficacia.
- 3 Quid de illo, careant omni robore firmatis.
- 4 Quid de illis, non potest, non possit.

1 D E verbis expressis id declarantibus, nulla est contouertere si lex dicit, talis actus irritatio sit ipso iure, ipso facto, & ipso, ex tunc & quia, cum lex ipso iure possit nullificare actum, nullis verbis clarioribus id significare potest. De aliis verbo verbis est aliqua inter Doctoris controversia, an actus nullitatem ipso iure inducant?

2 Et primò dubitatur de illis verbis, nullius sit momenti, nullius sit efficacia, & valoris, de quibus Tiraquel. in d. l. si vnguam. C. de revocand. donat. verbo reveratur. n. 97. Salas disp. 15. sect. 6. sub. num. 79. docet ipso iure nullitatem inducere. Cui modo dicendi assentem, quando militas præcedit actum, & si actus supponitur factus, & ob alienius omissionem potest fequiratur irritatur, non censetur irritacionem esse ipso iure. Expli. co. Proclus fuit in aliquo beneficio; imperatur tibi residere; alia gratia facta nullius sit momenti, non inducitur irritatio ipso iure, qui solum intelligitur pœnam vocatio tibi esse comingtonat, quia illa irritatio est propria pœna, cum tendat ad tollendum ius quæsum: sic docet Oldrad. cons. 155. quem refert, & sequitur Tulus verbo comminatio conclus. 477. n. 1. Fatinac. 2. part. fragm. verbo lex. n. 100. & Tiraquel. 238. & seqg.

3 Secundum

³ Secundo dubitatur de illis verbis, careat omni robore, omni iure, firmitatem non habeat, &c. Distinguendum simili-
ter est, si haec verba cadunt super actum faciendum, de quo
dicitur, ut careat omni robo, omni iure, omni firmitate, om-
nibus viribus: probabilitas exstimo inducere nullitatem ipso
iure, quia est esse omnium sententia. Racio esse potest, quia
illa verba denotant nullam firmitatem habere actum: nam si
aliquam habet, iam non careat omni robo, firmitate, esto pos-
set responderi actum iritabilem etiam catere omni firmitate,
liquidè irritabile est: sic colligitur ex cap. decet. §. vlt. de immo-
ni. Eccles. in 4. & in Clem. quia contigit. §. vi autem de religiosis
domibus, & tradit Salas disp. 6. sect. 8. sub. num. 29. Farinac. p. 2.
fragment. crimin. verbales. pag. mibi 198. num. 120. Verum si
illa verba non super actum, sed super rem, qua quis priuari
debet cadunt non censetur importare annulationem ipso
iure: ut si lex dicat, priuari omni iure, omni commendo, omne
ius amittit haec enim verba indifferente sunt, & referri pos-
sunt, quod ad iudicem & ad reum: quando autem verba referri
possunt ad iudicem, & importare sententiam, debemus hanc
partem, ut benigneiter amplecti, & ita docent Doctores fu-
turae.

⁴ Tertio dubitatur de verbis quæ resistente actus potest, quia sunt, non potest, non possit, quæ inducent nullitatem
ipso iure: tradit plures referens Tiraquell. de legibus, connubia
lib. glof. 4. num. 1. & seqq. sed vi bene expendit Suat. lib. 5. cap. 3.
num. 11. Salas disp. 16. sect. 8. num. 32. Couart. cap. quattuor
paucum p. 2. §. 4. & 4. non semper hoc verum est quia aliquando
solam inferunt hincum vium non validum cap. l. s. t. de restitu-
tione. & c. faciat homo 22. q. n. 2. nam quod licet fieri non
potest, absolute verum est, ut facere non posse Regulariter
autem semper celestae sunt haec verba nullitatem inducere:
nam si materia legis pendet ab ipso principe, & lege, ut est
electio administratio bono rati communium sententia curiosum
oficium, & similia, & in his dicatur, ut aliter fieri; non possit,
omnes conuenti tolli potentiam, ac proinde ex defectu po-
tentiarum reddi actum nullum, quia cum ab ipsam lege detur
potest faciendi actum, censetur dari sub illa forma? quia non
seruata corruit actus si vero materia sit propriae domini, qualis
est alienatio, donatio proprii patrimonii, & lex dicit, non pos-
sit aliter alienare, donare, & similia, etiam regulariter censendum
est tolli potentiam aliter faciendi, quia haec potestas limitari,
& asserta potest pro voluntate reipublice. Ex quo sit leges
prohibentes donationes inter coniuges meliorationes filiorum,
contractus minoris, omisiss conditionibus, quæ à lege præfer-
bantur, redire actus irratis ipso iure, docet alius relatis Fa-
rinac. p. fragment. vbi de lege n. 181. pag. 206. Alia verba refe-
runtur à Farinac, Tiraquelle, Tulgo, & aliis Doctoribus, in
quibus pauca est controversia; an inducent sententiam ipso
iure, an ferenda.



DISPUTATIO III.

De lego non scripta, quæ consuetudo
appellatur.

XPLI C VIM S legem scriptam, & eius conditionem;
scilicet explicare aliam legem non scriptam, quæ consuetudo
appellatur.

PUNCTUM I.

Quid sit consuetudo, & quotuplex.

- 1. Diffinitur consuetudo.
- 2. Propositus obiectio, & solvitur.
- 3. Quomodo differat consuetudo ab usu, ab stylo à præscri-
ptione.
- 4. Quotuplex sit consuetudo. Alia est canonica, alia ciuilis; alia
totius Ecclesiæ, alia alienius prouincia, seu diœcesis, alia se-
cundum legem, alia præter legem, alia contra legem.

Consuetudo sumi potest pro facto, vel pro iure. Si sumi-
tur pro facto, ut sumatur in cap. 2. de constitutis. in 6. & ab
Isidoro in cap. mos. distinct. 1. est idem, ac frequens vius: ut tra-
dit Gregor. Lopez in 1. 1. s. 1. 2. part. 1 si sumatur pro iure, ut su-
matur in cap. vlt. de consuetudine, definitus ab Isidoro communica-
re recepto: & relato in cap. consuetudo. disp. 1. esse ius quoddam
moribus constitutum, quod pro lege suscipitur, cum deficit lex
& consonat lex. 4. tit. 2. part. 1 vbi Alfonso Rex defensione con-
suetudinem, dicit esse ius non scriptum, quod ex longo & con-
tinuo vii ortum est quam definitionem recipiunt iustitiae com-
munitatis in rubricâ de consuetudine; & in 1. de legib. ff. de legibus.
Dicitur autem esse ius quoddam moribus institutum, quia

Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars I.

moribus hominum, & vi frequenti illorum, ius illud obligans
institutum, caque de causa vocatur ius non scriptum, quia scri-
putum non requirit; sed ex more, & vi frequenti, qui in facto
& non in scriptura constat, ortum habet. Additur deinde con-
suetudinem esse ius, quod pro lege suscipitur: non quia vere
non sit lex, sed quia loco legis scripta suscipitur, & tandem
cum illa obligationem inducit. Ultimo dicitur hoc contingere,
cum deficit lex, hoc est cum lex non adest, quæ obligacionem
inducere possit.

Sed obiectio, aliquando consuetudinem aduersari legi;
ali quando est legi scripta conformem: ergo non semper in-
troducitur consuetudo in defectum legis?

Respondeo, quando consuetudo conformatur integrè cum
lege scripta, tunc non constituit ius, sed potius ius constitutum
exequitur; si vero aliquid superaddit, aut immixtum, illa in parte
poterit nouum ius constitutum, quia in illa parte iam deficit lex.
Quo si consuetudo opponatur legi tunc manifestum est de-
ficere legem in eo circa id quod est consuetudo, cum lex de
opposito sit. Additum cum Bartholo. in 1. d. quibus. ff. de legib.
quaest. 1. num. 6. consuetudinem perfectam nunquam aduersari
legi scripta quia derogat legi, ac proinde non habet legem;
qui aduerserit; non enim duo iura possunt esse sibi contraria;
sed solum aduersari legi; dum non est perfecta consuetudo, sed inchoata.

Ex hac definitionis explicatione colligi potest, quia ratione
distinguitur consuetudo summa pro iure ab vi frequenti, ab stylo fori, & præscriptione. Distinguitur namque haec
consuetudo ab usu tanquam effectus à causis ex vi, enim fre-
quenti nascitur hoc ius. Ab stylo ratiem distinguuntur, tanquam
incluens ab inclusu, quia stylus est consuetudo, sed est con-
suetudo limitata ad judiciales actus quia stylus significat mos
dam procedendi alicuius res publicæ in suis iudicis, & senten-
tias, ut tradit Bald. in 1. vlt. C. que sit longa consuetudo, & Cynus
in 1. 1. eodem tit. Bart. in repetitione legis de quibus ff. de legibus.
n. 10. in fine. & in 1. 2. C. que sit longa consuetudo. Rochus de
Curtis in trad. de consuetudine. n. 33. Burgos de Paz 1. 2. Tauri
num. 100. Ex quo communiter dicitur stylum curia Romanæ
facere legem, quia ex frequenti viu quo causa deciduntur
in Romana curia, huc deciduntur aliqua sententia, huc rescri-
pto, aut bullæ, nascitur consuetudo obligans modum illum ser-
uare. Eadem ratione consuerudo à foro distinguuntur est enim
forum, ut alias acceptiores omittant, consuetudo de viu in-
ridicitionis, in iudicio feruendo, qui vius si legitimè fuerit intro-
ductus, vim legis fortiori potest; ac proinde latius patet consue-
do quam forum; sic Salas disp. 19. sect. 1. n. 5. & Suarez lib. 7.
cap. 5. n. 9. Gregor. Iop. 1. 7. tit. 2. part. 1. Burg. de Paz in 1. 1. Tauri
n. 38. 5. Dicitur autem consuetudo à præsumptione variis mo-
dis, ut videtur est in panorm. cap. fin. de cons. num. 20. Rochus de
Curtis in e. vlt. de consuetudine Azor. tom. lib. 5. cap. 18. quaest.
vlt. Molin lib. 2. de primog. c. 6. n. 10. & 11. Matienzo 1. 1. glossa 6.
num. 3. tit. 7. lib. 5. nota collection. Salas disp. 39. sect. num. 6. Suare-
z lib. 7. cap. 1. lib. num. 10. Primo, consuetudo est lex obligans
communitatem ad aliquem actum censendum, vel omicendum:
at præscriptio non attendit communitem, sed inter par-
ticulares personas esse potest. Quando autem una communitas
adversus aliam præferibile habet se, ac si persona particularis
est. Secundo consuetudo saepè inducit obligationem legalē
in his qui virtute consuetudinis, vel à legali obligatione
eximit: at præscribens non inducit obligationem legalē
in eo, aduersus quem præscribit, nec se eximunt ab obligatione
legali, sed inducere obligationem iustitiae vel à iustitia, obligatione
se eximit, quia præscriptio patit dominium, consuetudo
legem. Tercio dicitur, quia in præscriptione requiriunt semper
bona fides: at in consuetudinem non semper est necessaria: nam
isto malo fide incepit, sit consuetudo, præscribere aduersus le-
gem potest. Quarto ad præscriptionem non requiriunt nec ex-
pressus, nec tacitus consensus eius, aduersus quem præscribitur.
Ad consuetudinem autem requiriunt saltem consensus tacitus
Principis. Ex quo fit consuetudinem aduersus nullum præscri-
bere: nam si aduersus aliquem præscribetur, si est Princeps, &
aduersus Principem non præscribit, eum potius ex eius con-
senso consuetudo inducatur, & vires obtineat, ut recte dixit
Gabrieli Valquez disp. 177. cap. 5. num. 43. Additum ad præscriptio-
nem requiri titulum, ad consuetudinem nullum esse necessari-
um, tacitus enim populi, vel Principis consensus sufficit pro
titulo. Denique ad consuetudinem inducendam diuersum tem-
pus requiriunt, ac requiriunt ad præscriptionem, ut inferioris dicimus.
Etgo dicitur consuetudo à præscriptione.

Cum consuetudo propriissime habeat rationem le-
gis, ut dicemus, eadem divisiones patiunt, ac lex. Primo
enim diuidi potest in consuetudinem canonicam, & ciuilis.
Canonica est quæ frequenti viu clericorum est introducta.
Ciuilis, quæ laicorum viu dimanat; & iu quando vero
clericis, & laici in eadem te conuenient, & communem
viam habent & tunc ciuilis consuetudo appellanda est
ut recte dixit Suarez lib. 7. cap. 5. numer. 2. quia est de
communi bono politico ciuilis, & ad rectum illius regi-
men temporale pertinet, neque in hoc distinguuntur
clericis.

DE
ASTRO
PALATIN
TOM.
I.
EPILOGUS